2 anc. 1073.8.

DIATRIBA

DE HOMINIS IVSTIFICATIONE AEDITA OXONIAE

in Anglia, anno à natiuitate Domini nostri Iesu Christi. 1550. Mense Februario aduersus Petrum Martyrẽ Vermelinũ, olim Cartusianũ Lucensem in Italia, nunc apostatã in Anglia Oxoniæ, acerrimum improborum dogmatum assertorem, sed imperitum, & impudentem cum primis.

Per Ricardum Smythæum Anglum Mygorniensem.

LOVANII.

Apud Antonium Mariam Bergaigne Typogra. Iurat. Anno Domini. 1550. Mense Octobri.

Cum Gratia & Priuilegio.

CAEsa.M.Priuilegio Conceſſum eſt Ioanni Vuaen Bibliop.Iura.vniuerſitatis Louanienſis,vt ipſe ſolus excudat, diſtribuat,vendat,D. Richardi Smythęi ſacræ theologię ptoſeſſoris librũ De Iuſtificatione hominis, Interdictumque alijs omnibus ſub pœna viginti Carolinorum aureorum.&c. Ne quis proximis tribus annis, eum Librum in his citerioribus regionibus præſumat Imprimere, neque alijs locis Impreſſos importare, vendere, aut diſtribuere,Iuxta Literas patentes ſuper eodem negotio expeditas Bruxellæ Anno.D.1550.Menſis Ianuarij die.8.ſignatas. P.de Lens.

ORNATIS-

SIMO VIRO SACRAE Theologiæ Professori eximio D. Ruardo ab Enchusia, Decano sancti Petri, ac Louanienſis Academiæ Cancellario, literis ac humanitate insigni Ricardus Smythæus· S. P. D.

CVM mos inoleuerit, vir optime, vt qui libellum quempiam inuulgaret, dum alicui ex ſui ſtudioſis dedicaret, cuius nominis auſpicio ille in lucẽ fœlicius ꝓdiret, ac mihi mos eiuſmodi viſus eſſet neutiquã contemnendus, cæperam illico cogitare atq3 apud me volutare, cui potiſsimum libellum hunc meum nuncuparem. Cumque id mihi cogitanti quamplurimi occurrerint amici, quibus ſum multis deuinctus nominibus, nullus tamen mihi ex his viſus eſt magis ad id idoneus quam tu, vir integerrime pariter ac doctiſ-

doctiſsime, vt qui me tibi cũ maxime ege rem, nõ vno nec eo vulgari officio demeritus ſis, ac is quoq; ſis, qui & poſſis, & velis elucubrationem hanc qualemcunq; ad uerſus inuidorum & zoilorum maletœriatos & improbos morſus & latratus ſtrẽnue tueri. En itaq; exit libellus hic tui nominis auſpicio, quem veluti mei in te amoris & obſeruantiæ, ſi nihil aliud, ſignificationẽ ac teſtationẽ quãdam æqui boniq; conſulito. Vale amicorum optime & optimorum amiciſsime, ac me, ſi qua in re opera indigebis mea, haud ſecus quam tibi iuratiſsimo ac deditiſsimo famulo vtere. Louanii. Anno Domini ab orbe redẽpto. 1550. Menſe Septembri.

Idem, tui (vt par eſt) amans.

CANDIDO LECTORI RICARDVS SMYthęus, Anglus, Vuygornienſis, Salutem in Domino plurimam.

CVM viderem, Chriſtiane lector, Angliam ſolum meum natale, multarum hæreſeon contagionibus miſerrime corruptã, ac ipſe eidẽ malo, pro mea quantulacumque portione, mederi maximo, vt dicam ingenue, ſtudio flagrarem, nec occurreret, me id alia ratione melius poſſe confectum dare, quã libellorũ conſcriptione & additione, quibus impugnarentur & refellerẽtur improbata & inſana ſectarũ dogmata, applicui protinus animũ ad ſcribendum, ac inter alia, quæ adhuc non ſunt inuulgata, ſcripſi de euchariſtia, de miſſæ ſacrificio, ac de eccleſię traditionibus tres libellos, qui nouorum ac impiorum dogmatum promachis, ac coryphęis aſſertoribus vehementer diſplicuerunt, quippe qui auariſſimis, ac peſſimis illorum conatibus fuerint impedimento & offenſaculo. Iſtis nuper adiũxi duos breues libellos, alterum de ſacerdotum cœlibatu, alterum, de votis monaſticis, in ſcriptum, vtrumq; Louanĩ excuſum, aduerſus Petrũ quẽdam Martyrẽ Vermelinũ, olim Lucę in Italia Canſianum, nũc apoſtatam ſcortatorẽ, Oxoniæ in Anglia ſacræ philoſophię deprauatorem. Quem nõ immerito dixeris abolendæ, ac prorſus euertendæ fidei Chriſtianæ natum. Contra hũc ac reliquos eiuſdẽ notę & factionis meos populares, & hanc de impĩ iuſtificatione diſſertationẽ ſcripſi nuper, & typis excuſam, in lucẽ dedi, vt eo quadantenus ſaltẽ ac pro mea virili par

parte, illis, impedimẽto sim, dũ, quæ tot retro sęculis, magno cõsensu, veluti dei oracula, qualia indubie sunt orbis vniuersus christianus est ãplexus, docuit, coluit, adhuc ãplectũr, docet, colit, moliunt fundit⁹ extinguere, ac illa, qua laborãt cęcutiẽtia & insania, veluti hæretica & aduersus scripturas depugnantia, prorsus abolere & antiquare: Quod conficere, pessimis & iniquissimis, vt agnoscas veterum sectarũ posthumos ac infœliciſsimos simios, cõnitunt artib⁹. Optimis enim ac doctiſſimis episcopis & sacerdotibus, qui illorum impia dogmata detrectant amplecti, nõ sat habent silentium indicere, nisi eos in carceres ac vincula coniecerint, sacerdotijs exturbarint suis, ac õnibus modis crudeliter tractarint, interim in eorum locum leuiſſimos ac imperitiſſimos apostatas quosdã subſtituentes. Ab hoc genere hominum in ſolidũ pẽdet apud iſtos Christi pietas, fides, religio, quos vili quęstu & lucro adduxeris, vt quiduis dicant, doceant, defendant ac denuo id recinant. Sunt enim mãcipia vẽtris & eorum, quæ sub vẽtre sunt. O ter quaterque miſerrimam rempubliã, cuius fides iſtorum cadat aut ſtet arbitrio. Certe dolet optimo cuique vehementer tantã apud iſtos factã eſſe rei christianæ metamorphoſin, quæ in funeſtũ exitum ſit tandem abitura, quęque interea temporis tam multorum animas, in exitium pertrahat ſempiternũ. Faxit Deus Opt. Max. vt tam miſera rerũ ſcena breui in fœliciorum exeat cataſtrophen. Hunc meum laborem, quem illuſtrandæ ac propugnandæ ipſius fidei causa inſumpſi, cãdide lector, pro tuo candore boni consule qđ ſi facere haud grauaberis, vt mihi rẽ gratam feceris, iniuriſque apud me gratiam non minimam, ita addes mihi calcar non vulgare, vt p ergam pro meis viribus haud diſsimilia in lucẽ dare, quæ pro pugnetur Chriſtiana religio, & expugnentur hæreſes, quæ illam moliantur extinguere. Vale quam fœliciſſime Louanij Anno Domini, 1550. Menſe Septe.

Cauſę Iuſtificationis.

DEus autor princeps, & efficiēs cauſa iuſtificatiōis eſt ſolus Eſa. 43 ego deleo iniquitates tuas propter me Eſa. 50 Iuxta eſt, qui iuſtificat me Ro 3 & 9 Deus iuſtificat Chriſtus ſolus meritorie, & vt propitiator Rom. 3. per redēptionem &c. 1. Ioa. 2. ipſe eſt propitiatio &c. 1. Tim. 2. vnus mediator Dei & hominū Chriſtus Ieſus. Hæc apud omnes ſunt in confeſſo, ſed non item cōuenit inter omnes, quæ ſit cauſa receptiua iuſtificatiōis vel ꝓxima cauſa eius diſpoſitiua. Nam Lutherani magna conſtātia immo pertinacia tuentnr ſolam fidem id eſſe, quo quis per ſe fit iuſtus ex iniuſto, catholici charitatē eſſe cauſā receptiuam eius conſtanter affirmant, idque perbelle & veriſſime, vt in hoc libello pro mea tenuitate ac curta in Theologia ſupellectile ſum docturus.

Quid est fides Theologica. Cap. 1.

CONGRESSVRVS, Christiane lector, cū his, quibus persuasum est prorā ac pup pim salutis humanæ, nedū iustificationis nostræ, in so la, nescio qua, fide consistere, videor mihi facturus operæprecium, remq; ab meo istoc instituto non alienam, si ab ipsius fidei, quæ videtur caput, & precipua negocij huius pars deliniatione, atq; adeo definitione telam hanc exorsus fuero, vt luculentius, liquidiusq; constet nostra hæc diatriba, seu dissertatio, ne temere, siue andabatarum more repugnē diuersæ sententiæ assertoribus, sicq; oleum & operā (vt dici solet) ludam. Dicam itaque quanto liceat compēdio, primum quid nouorum dogmatum autoribus, deinde quid Orthodoxis ipsis, cum antiquis, tum doctis, deniq; quid sacrosanctorum bibliorum voluminibus, ipsa fides esse videatur. Quod autem ad horum primum attineat, quis nescit, cui saltem Lutheri, ac illius consectaneorum perlecti fuerint libelli,

li, quam varia, ac sui dissimilia, ne dicam sibi pugnantia, de fide in literas sunt ab ipsis relata? Vnde haud difficulter cognoscas, cuius spiritus adspiratione, & afflatu ducuntur. Sed mittã hæc, atq; rem adgrediar, cui faxit, Deus opt. max. fælix sit protasis, fœlicior epitasis, fælicissima catastrophe. Vt vero ab ipso coryphæo, chori principe, seu præsultore, Luthero auspicer, is sic de fide habet in resolutionib' aduersus Eckium. Fides est recta, & bona opinio de Deo, qui hanc habuerit omnia facit opera Dei. Rursus in libro de fide, & operibus. Fides esse nullo modo potest, nisi sit viuax quædam, & indubitata opinio, qua homo certus est super omnem certitudinẽ, sese placere Deo, se Deum habere propitiũ, & ignoscẽtẽ in õnibus quæ fecerit, aut gesserit, propitiũ in bonis, ignoscentem in malis. Deniq; alibi hoc pacto definit fidem, non minus inepte quam indocte. Fides autẽ nihil aliud est, quã illud quod Deus promittit, aut dicit, credere. Hæc Lutherus, quæ vt falsa omnino sunt

Exordiũ Progressus. Iaxitus.

Descriptio fidei Lutheri cæprima.

1

2

3

ita

ita inter se pugnant ex diametro, & bis per omnia iuxta vetus adagium. Nam primum q̃ opinionem appellet fidem, quis nõ videt esse perquã falsum? opinio enim semper habet sibi adglutinatã & adnexã hæsitantiam de ipsius rei veritate, quod fidei ingenio atq; naturæ aduersatur vel maxime, vt quæ persuasio est neutiquam fluctuans. Deinde quod ait, nactum hanc fidem, super omnẽ certitudinem scire se Deo placere, illumq; sibi in omnibus ignoscere, quam à vero id sit alienum, arbitror latere neminem. Satis etenim certo non scit, quisquis opinatur dumtaxat. Sub hæc illud quoq; q̃ asserit hominẽ, cui accessit illiusmodi fides, certo scire se Deo placere, illumq; sibi noxas ignoscere, quã sit falsum, Deo auspice, in hoc libello ostẽdã diffuse & dilucide satis, cũ euicero, neminẽ citra peculiarẽ numinis reuelationẽ posse certo scire se Deũ habere propitium sibique fauentem. Postremo cum asserit habentem suam hanc fidem propense omnia præstare effecta, quæ Deus iubet fieri, vel hinc docet iuxta suam sententiã

per

perquã paucorũ hoĩm eſſe illã fidẽ, quando pauciſsimi ſunt, qui Dei iuſſa bona fide obeunt, contra vero, cum definit fidẽ non aliud eſſe quã promiſſa, et dicta Dei credere, fidem non ſolum obuiam, ac parabilem omnibus ſed etiam omnium eſſe vult, qui Chriſto nomina dederunt. Quis enim eſt inter Chriſtianos, qui non credit Dei promiſſis, ac vera eſſe, quæ is vnquam dixerit? Cernis ne iam Lutherum pugnantia effutire? dum illa nobis conatur obtrudere, quæ doceant omniũ Chriſtianorum eſſe fidem, & pauciſsimorum? At vero non eo inficias, debere nos citra omnẽ dubitationem Dei promiſsis fidẽ adhibere atq; vera eſſe omnia, quæ dicit Deus, credere, ſed illam eſſe fidem, qua iuſtificetur homo, non facile debere recipi vt quę inſidet, inhæretque improbis, & iniuſtis, quibus iſtæc duo ſunt perſuaſa.

Iam quid de fide iuſtificante Melanchthõ ſcripto reliquit, diſpiciamus, Nam is vt eruditione, ita animi candore atque moderatione viſus eſt quamplurimis, reliquos ſuos ſymmiſtas, qui Luthero operam dederunt

derunt, longe superare. Ille in hunc modum finit fidem. Fides iustificans est fiducia, quæ noticiam de Christo, atque volũtatis seu habitum, seu actionem complectitur, qua vult, & accipit promissionẽ de Christo, & in illo acquiescit. Si quis velit aliquanto accuratius atq; diligẽtius hanc introspicere & expendere finitionem, cõperiet indubie, illam nec rei finitæ, nec illius instituto, quod est, euincere sola fide hominem iustificari, posse conuenire, vt quæ cum vtroq; pugnabit maxime. Fides qd Melanc.

Quod enim asserit fidem iustificantem esse fiduciam, nullo propemodum negocio refutabitur, vel à mediocriter cælestis philosophiæ perito, quippe quod fidem rem esse à fiducia diuersam, abunde testimoniorum è locupletissimo penu diuinarum scripturarum depromi facile possent, quę testentur, atq; reuincant, ex quibus pauca huc adscribere nõ grauabor, ne cui hæc opinio verba det, atq; in erroris nassam pertrahat, vnde se postea aut nunquã aut certe ęgre extricare licebit. Paulus ad Ephesios. Cãpit. 3. sic habet. In quo scilicet Christo

Christo Iesu habemus fiduciam,& accessum in confidentia, per fidem eius. Ostendunt ne hęc Pauli verba, aliud esse fidem quam græci πίστιν, hoc est, vt Budæus vertit, persuasionem, aliud fiduciam, græcis πεποίθησιν dictam à confidendo? Quis enim hoc mihi libenter non dabit, qui perpendere velit fidem esse causam ac veluti parentem fiduciæ? vt hic vult Apostolus. Ait enim nos habere fiduciam per fidem Christi. Iam si fides fiducia esset, fides seipsam pareret, quod nemo dixerit vnquã. Adde his, quod Paulus ad Thimotheum manifeste tradit, fidem esse aliud quiddã quàm fiduciam, his verbis. Qui bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent & multã fiduciam, in fide, quæ est in Christo Iesu. Fiducia itaque consistit in fide, estq; illius effectus, & veluti soboles quædam, tantum abest, vt sint res vna, aut vir tus eadem, aut altera alterius subeat finitionem. Taceo hic, quod Paulus hic ostẽdat, fiduciã gigni ex benefactis piorum, atque ita insequi iustificationem potius quàm

1. Tim. 3.

Fiducia hæc excha ritate erga Deum nas citur.

quàm anteire, vt illius cauſam. Id quod Ioannes euãgeliſta luculẽtur his verbis prodit. Et nunc filioli manete in eo, vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Hoc enim pronuntiatum declarat fiduciam prognaſci ex mãſione in Chriſto, hoc eſt (vt Chriſtus in Euangelio Ioannis eſt interpres) ex dilectione Dei, atq; obſeruatione illius mandatorum. Rurſus Ioannes ait, Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum &c. Item ait Ioan. In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij. Vnde ea? audi, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo, hoc eſt, eo quod ſicut ille in nobis manet, ita nos in illo viciſſim, vel ſicut ille Deum ac homines promiſcue õnes amicos pariter ac inimicos haud ſimulate dilexit, ſic & nos. Denique Hebræorum capitulo tertio ait Paulus. Nos ſumus domus Chriſti, ſi fiduciam & gloriam ſpei, vſque finem firmam retineamus

1. Ioan. 2

1. Ioan. 3.

1. Ioa. 4.

Obiectio [redacted]neamus. At idem paulus, inquiẽs ad Hebræ. Cap. 4. his verbis docet fiduciam eſſe cauſam iuſtificationis & remiſſionis admiſſorum. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno. Quid aliud quæſo eſt miſericordiam & gratiam aſſequi in auxilio opportuno, quàm remiſsionem delictorum, & iuſticiam in hac vita, dum tempus eſt quærendi & inueniendi? præuenit ergo (inquis) fiducia iuſtificationẽ hominis, eſtque illius cauſa aliqua.

Dilutio. Agnoſco D. Pauli verba, atque recipio, (vt par eſt) ſumma cum veneratione, nec eò inficias, fiduciam, quæ ſpei ſit actus, iuſtificationẽ hominis anteuertere neceſſario, illam huius interuentu Deum peragere in nobis, nam qui non fidat Dei miſericordia promiſſa ob Chriſtum, & in eam non ſperat, quid impetrabit vnquam? Hæc, inquàm, vt veriſsima libens amplector, ſed Paulus in hoc loco græce non habet πεποίθησιν quod vocabulum fiduciam latinis ſonat, ſed παῤῥησίαν id eſt, libe-

ram

ram loquendi confidentiam, seu libertatem loquendi, quæ distincta est à fiducia, vt supra patuit ex Paulo Ephe. 3. Frustra plane, & conatu irrito quidam adferunt illud Christi ex Matthæi cap. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, quo statuant fidem iustificãtem esse fiduciam misericotdiæ Dei, qua gratis remissa nostra peccata confidimus. Id quod græca facile ostendẽt, quę sic habẽt, Θάρσει τέκνον, &c. Hoc est, aude, vel audaciam sume. Eodem verbo Christus vtebatur compellãs mulierẽ, quæ laborabat defluuio sãguinis dicens Θάρσει θύγατερ, Cõfide, vel audax sis filia, fides tua te saluã fecit. Quorsum ista tam multis inculco, nisi vt persuadeã fidem non esse fiduciam, licet sine illa iustificari neminem posse, nihil addubitem? Porro quod asserit fidem iustificãtem cõplecti habitum seu actionẽ, qua volumus & accipimus gratuitam Dei promissionẽ de condonatione scelerum, & vita æterna, quis nõ videt voluntatis has esse functiones, nec esse in quoquam hominum citra pœnitentiam veram piumq; affectum

Matth. 9.

Melanct. suo iugulatur gladio

mentis, seu dilectionem erga Deum, vt autor ipse suo iuguletur gladio, suaq3 se, vt sorex, prodat voce? Nam fieri non potest, vt quisquam mortalium velit & amplectatur promissam admissorum remissionem, vitamq3 æternam, nisi peccatum odio prosequatur, & diligat iusticiã, quẽadmodum infra capite de charitate, Dei auspicio, sumus copiose satis docturi. De niq3 quã fides iustificans non sit certa & indubitata persuasio mentis, peccata nostra esse remissa, nosq3 in gratiam Dei recipi propter Christum, capite de certitudine liquidius constabit, quànquam credere oportet, peccata non nisi propter Christum nobis ignosci, nosq3 per illius mortem recipi in gratiam Dei, cum iustificamur. Operæpreçium non fuerit, candide lector, hic referre, quid alij Lutheri consectatores de fide senserint, ac scripserint, quod hac de re tam multa illi scripta reliquerit, vt delassare queant vel Fabium ipsum, & nauseã ciere cuiuis, & quod, quæ scripserint tã sint varia indocta, sibi dissimilia, ac à se dissidentia tam

Paulus Hebr. 11. desumens fidem ac de ea copiose differens ne unum quidem uerbum dixit de Lutheranorum fide, qua creditquis sibi remissa admissa propter Christum

tàm manifeſte, vt qui ea conaretur recen
ſere, & refutare, is mea quidem ſententia
bonas horas peſsime collocare diceretur
non immerito. Quamobrem miſsis nu
gis illis nugaciſsimis, pariter ac vaniſsi-
mis, qua poſſum breuiloquẽtia orthodox
orum atq; eorundẽ eruditiſsimorum, ne
dum antiquiſsimorum de hac re pronun
tiata huc adferam, vt horum iudicijs ex-
cuſsis quidem illis atque elimatis potius
accedat, ac ſubſcribat, quàm Lutherano
rum nugamentis, quiſquis aut veritatis
theologicæ, aut ſuæ ſalutis cura aliqua
tangitur. Hieron. (vt ab eo exordiamur)
hæc habet de fide, diſſerens de Abrahami
fide. Chriſtus hoc pacto Iudæos compel- *In cap. 3. ad Galat.*
labat Ioã. 8. Si filij eſtis Abrahã opera A-
braham facite. Quæ autem alia (inquit
Hieron.) illo in tempore cum hæc dice-
bãtur, ab eis opera Dominus expetebat,
niſi credulitatẽ in filium Dei, quem pater
miſerat loquentem, Qui credit in me, ha-
bet vitã æternam. Verba hæc oſtendunt *Ioan. 6.*
fidem catholicam & iuſtificantem, iux-
ta Hieronimi ſententiam, eſſe credili-

tatem, qua credimus Christum esse filium Dei, missum à patre. &c. & non qua credimus nostra vitia propter Christum esse condonata, ac nos in gratiam recipi. Cuius, vt ingenue ac libere pronuntiem, nusquam meminerunt sacra biblia, vt infra diffusius sumus ostensuri. Lege D. Hieronimum aduersus luciferianos, vbi docet quàm fidē Christus in Euangelijs laudibus extulit, atque ad iustificationem imputauit, nimirum mentis quandam simplicitatem, & piam deuotionem. Iam audi lector pie, quid Aecumenius de fide dixerit, qui sic habet ediſſerens caput ſecundum Epiſtolæ Diui Iacobi. Fides (inquit) bifariam dicitur. Nam vel est simplex quidam assensus, & sic dæmones credunt, vel est consecutio ex affectu procedens cum firmo assensu. Priorem mortuam vocat Iacobus & viuificantium expertem operum. Paulus de posteriore loquitur, quomodo factis nullo modo destituitur, neq; enim hæc absque honestis factis potest innasci. Quædā enim sunt opera, quo

Philippus aiebat Eunucho dicenti. Ecce aqua, quid prohibet me baptizari Si credis ex toto corde, nihil prohibet te baptizari. Credo inquit ille filiū Dei esse Iesum Christum. Moxque baptisatus est, ac iustificatus hac fide, quæ à Lutherica longe est aliena.

rum

rum expers fides dicitur mortua, Hactenus ille, ne verbum quidem faciens de illiusmodi fide, quam nuperrime ex luthera norum prodijsse officina videmus, prisc is inauditum sęculis. Cuius meminisset indubie, aut is, aut certe quispiam é veteribus scriptoribus, si illorum ætate talis fides visa fuisset ad salutē adeo necessaria, vt vel solā iusticiam, gratiam, & salutē apporta ret, Id quod cum ex illis neminem feciss e vspiam legimus, quis nō indubitanter cre dat, hoc fidei genus adeo non esse ad salutem nostram parandam necessarium, vt vel cōmenticium sit, ne dicam exitiosum mentibus hominum. At loquatur iam D. Ambrosius. Quid est fides (inquit) nisi earum rerum, quæ non videntur, substātia? De qua Abacuc. 2. Iustus ex fide viuit. Genes. 15. Credidit &c. & Hebræ. 11. fit mentio. Ecce fides iustificans, qua iustus viuit, est substātia rerum sperandarum, & non qua quis credit sua peccata remitti & se in gratiā recipi propter Christum, vt fabulantur Lutherani, & isti Neoterici sectarum propugnatores, vt agnoscas homi

De obitu Theodos.

num insolétiam quandam insignem, atq; impudentem arrogantiam, qui reiectis atq; cõtemptis penitus optimorum simul & peritissimorum virorum, hac de re cõmentationibus, sua commenta oppido quã vana mundo, orbiq; Christiano obtruserunt. At de fide sic scribit Saluianus. Credulitas (inquit ille) seu fides, est, homi nem Christo fideliter credere .i. fidelem Deo esse, hoc est, fideliter mandata eius obseruare. Theodoritus græcus, hoc pacto finiebat fidem. Est voluntaria quædam animi compositio, & cõuentio, vel latentis, ac remotæ rei visio quædam, & contẽplatio, vel circa id, quod vere est animi adhæsio, & constantia, rerumq; inuisibili um apprehensio quædam naturæ compar & congruẽs. Aut, ita inquit, Fides est insita credentium animis citra ambiguitatem aliquã dispositio. Hæc Theodoritus Augustinus ad hũc modum definit fidẽ Chri stianam. Fides est cognitio, vel conuictio rerum, quæ non videntur quam sic diuini finiunt eloquia Hebræ. 11. Fides est substan tia &c. Hæc ille differens de finitione ipsius fide

Saluianus lib. 3.

Lib. 1. de fide.

Tom. 7. in Eucha. cap. 8.

us fidei, citra omnem mentionem fidei Luthericæ recens excogitatæ. Rursus Augustinus Paulum imitatus hoc pacto describit fidem. Fides (inquit) est, vt alibi definitum est, sperantium substantia, conuictio rerum, quæ non videntur. Taceo impresentiarum, quoties idem Augustinus inculcat fidei esse credere quæ non videntur. D. Basilius sermone quodam ex professo de fidei ingenio ac natura differens hæc refert. Fides est assensus indiscriminatus eorum, quę audita sunt in certitudine veritatis, & prædicata sunt per Dei gratiam, quam ostendit Abraham, quod non hæsitauit per incredulitatem, &c. Romanorum quarto. Chrysosto, ab his non abludit dicens. Beati (inquit Christus Thomæ) qui nō viderunt, & crediderunt. Hoc enim fidei est, accipere, quę non videntur. Est fides substantia rerum sperādarum, &c. Cernimus hic quoque doctissimum illum Chrysosto. longe aliter deliniasse nobis fidē, quàm à Luthero & illius assecles legimus depictā, idq; multo consonantius Paulinæ doctrinæ, à

Tom. 10. homi. 32.

Quid est proprium fidei.

Homi. 86. in Ioan. cap. 20. Indiscreta certitudo veritatis uerborum diuinorū quæ nulla ratiocinatione, neq; ex naturali necessitate inducta, neque ad pietatē efformata cōcutitur hac Bas.

qua isti absunt quàm longissime, qui fidē iustificantem inficiātur esse substantiam rerum sperandarum,&c. aut certe de suo nonnihil assuunt, quod nemo catholicus & recte de Christiana religione sentiens vnquam aut probauit, aut probaturus est. At satius est istæc missa facere,& ostē dere quid cęlestes illę literę,atq; adeo ip si sacri codices de fide habent, vt hinc liqueat luculenter, num Lutherana fides, quàm solam venditant non sine maxima Christianæ pietatis iactura, ab his pro-
Matth, 16. manarit,necne. Christus Petro confitenti illum esse filium Dei viui, aiebat, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, aperte indicās quænam fides esset,ob quàm Petrus esset fundamē tum extruendæ futuræ suæ ecclesiæ, nimirum,nō qua crederemus citra omnem ambiguitatem nostra ignosci flagitia, nosq; in gratiam propter Christum reci pi, sed qua crederem' Christum esse filiú Dei,nobisq; natum hominem. Nec aliud cupiebat Christus orbi pri' persuasū, quā vt ipsum Dei filium agnoscerent morta-

les

les,& Meſsiam, ſeu ſeruatorẽ, quẽ vt lex adumbrauit, ita vatum oracula præſagiebant. Hanc fidem ſubinde inculcant Euãgelia Chriſtum euexiſſe laudibus Ioann. 18. hæc legimus. Ipſe pater amat vos, quia vos me amaſtis,& credidiſtis quia à Deo exiui. Hæc Marthę non defuit, illiq; adiumento erat ad ſalutem, quippe quæ Chriſto dicebat expoſcenti ab ea fidem. Ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei viui qui in hunc mundum veniſti. Hanc Chriſtus exegit à populo dicẽs. Dixi vt credãt quia tu me miſiſti. q. d. hæc fides illis ſalutẽ impetrabit. Num hæc fides quicquã cõmercij habet, cum Lutherana illa nupera & recens inuenta, qua credit quiſpiam ſibi propter Chriſtum ignoſci, ac ſe in Dei gratiam recipi? Ioan. 20. hæc autẽ ſcripta ſunt, vt credatis, quod Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, vt q; credentes vitam habeatis in nomine eius. Vides ne lector, quænam ſit fides adferens vitam? Nemo (vt arbitror) tam vehementer cæcutit & hallucinatur, vt non perſpicue videat nõ hic fiduciã ſed credulitatẽ exigere Chriſtum

Fides est firmus assensus credẽdorum propter Dei reuelationem ut ex Theologorum libris colligit Bundeus uir rara quadã eruditione nec uno nomine perpetua dignus memoria Ioan,17.

stum. Quid quod Christus, qui identidem aiebat credentem in eum habere vitam æternam, tandem dixerit. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quẽ misisti Iesum Christũ? Cirillus sic enarrat illum locum, Radicem atque originem æternæ vitæ fidem, & veræ pietatis virtutem esse affirmat. Fides autem quid aliud est, quam vera de Deo cognitio? per fidem enim cognitio fit. Cognitio igitur vita est, spiritalem nobis benedicti onem adducens, per quam spiritus in cordibus nostris habitat, in adoptionẽ filiorum Dei, & veram pietatem, per euangelicam vitam & incorruptibilitatem reformans. Cum igitur origo, & quasi pronuba dictorum õniũ bonorum cognitio Dei veri esse inueniatur, recte à Domino nostro Iesu Christo, vita æterna est appellata, quasi mater et radix, virtute, naturaq; sua vitam æternã pariẽs. Hactenus diuus ille Cirillus, oppido quam manifeste ostendens, quænã fides sit christiana ac salutem afferat, nempe, illa quæ est vera Dei Christiq; filij Dei cognitio, & quonã pacto illud fit non tacuit, nimirum quod

mater, radix & origo vitæ ſit fides, illam pariens, non quod ſit ſola & integra illius cauſa, vt perperam & impie exiſtimant ſectarum nouarum autores. Recte Oecumenius eundē Ioānis locum explicās ait. Et vere vita æterna eſt Dei cognitio, fide ac operibus coniunctis. Nam fides ſine operibus mortua eſt. Hæc ille. Verum pergam adhuc plures é ſacra ſcriptura depromere locos, quibus aſſeratur atque reuincatur plenius fidem iuſtificantem non eſſe, qua perſuaſum habemus delicta noſtra eſſe ob chriſti meritum condonata, nec tam fiduciam eſſe, quam credulitatē. Gene. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Fuit hæc illius fiducia, aut qua ſua peccata remitti ſeq3 in Dei gratiam propter Chriſtum recipi citra hæſitationem perſuaſum habuit, & nō potius credulitatē, & certus firmus q3 aſsēſus diuinæ pollicitatiōis? Hoc vidit Eraſmus Rotero. qui ſic habet in eiuſdē loci apud Paulū explanationē. Credidit Abrahā Chriſtū ex ſuo naſciturū ſemine, p quē beatitudinē hāc & ōnem paternā iuſticiæ

ſticiæ laudẽ, cõſequerẽtur ões gentes, & ob hanc credulitatem iuſtus eſt habitus. Hactenus ille. His accedit, quod Paulus, vbi in epiſtola ad Romanos capi. quarto citarit hunc Geneſeos locum, atque affatim tradiderit Abrahamum fide non operibus iuſtum euaſiſſe, vel in eo formam comparandæ iuſtificationis & gratię diuinæ omnibus proponens, mox pellucide aperteq; explicat, quęnam fides nobis imputabitur ad iuſticiam, dicens. Nõ eſt autem ſcriptum tantũ propter ipſum, Quia reputatum eſt illi ad iuſtitiã, ſed & propter nos, quibus reputabitur credẽtibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis, qui tradit' eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram. Verba hæc ipſa meridiana luce clarius declarãt, fidem iuſtificantẽ eſſe illam, qua credimus Chriſtum mortẽ oppetijſſe', atq; reſurrexiſſe, vt nos iuſti efficeremur, & hoc pacto ſalute potiremur, non qua credimus ſine omni hæſitatione ſcelera noſtra iam eſſe remiſſa propter Chriſtum, nec fiduciam, tametſi

tametsi sine certa spe, ac quadam fiducia istud nequeat vlli mortalium contingere beneficij. Hæc manifestaria & efficatia satis, quo persuasum ōnibus nō omnino refractarijs, & peruicacibus, quod emolimur, sed accipe adhuc luculentiora & energifica magis. Roma. enim cap. 11. hæc de fide iustificāte refert Apostolus. Si cō fitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris, hoc est, iustus. Quod ilico ostendit reddens causam dictæ sententiæ per ætiologiam his sane verbis, corde enim creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem. Quid, quæso te lector, creditur corde ad iustitiam? Num te recipi in gratiam atq; tibi ignosci noxas à Deo, & nō potius Christum esse Dei filium verum Deum, mortē sponte obijsse patri litaturum, atq; rediuiuum tandē factum superos repetijsse? Est ne fiduciæ credere istæc ad iustitiam? Quis nō videt quam aberrant à vero, qui nullis scripturæ locis genuine edissertis & enarratis subnixi, summā nostrę iustificationis, sue,

Mox in frontispicio cap. 7. ait paulus iustificari ergo ex fide. &c.

n escio

neſcio ſane cui, fidei ferunt acceptã? At di
cã cõpẽdio, & ex multis pauca dũtaxat re
cẽſuiſſe cõtẽtus ero. Cui cõſultius eſt cre-
dere, quid appelláda ſit fides iuſtificãs, ac
quiſnã ſit ei⁹ genius, quã Paulo ipſi, qui vt
euãgelium nõ ab homine, neq3 p hominẽ
ſuerat edoctus, ita de fide hac diſerte atq3
exerte plurima ĩ literas cõiecit? Is ſic fidẽ
Heb. 11. depinxit atq3 deſcripſit, qua totũ hominẽ
iuſtificari aſtruxerat. Fides eſt ſubſtantia
Vt reſur rerum ſperãdarum, argumẽtum nõ appa
rectio non rẽtium. Vel vt alij græca traducunt. Fides
dũ facta eã tamen eſt Hypotheſis, ſeu ſubſiſtẽtia rerum ſpe-
fides facit ratarum, Elenchus, vel deprehenſio, &
in anima veluti cõuictio, rerum nõ viſarum. Quód
ſubſiſtere Apoſtolus fiduciã non finiuit hoc loco, li
Chryſoſt. cet id doctis quibuſdã videatur, nec fidẽ
illam (ſi talis vlla ſit, & nõ potius ſit vanũ
Porro nec commẽtum) quam ſectæ nobis obtrudũt,
fiducia quæ eſt, vt certo ſtatuamus nobis Deum
nec fides fauere, ac peccata noſtra nobis propter
lutherica ſuum filium Chriſtum cõdonare, ſed cre-
poteſt duci dulitatẽ ipſam, manifeſtius produnt, quæ
ſubſtantia eueſtigio in eodẽ capite ſubtexuntur, quã
&c. ut vt quiſquàm citra frontis inſigne diſpẽdi-
quæ credu um, niſi pudorẽ omnẽ exuerit, queat ire
litate tan
quam ſub
ſterniculo
baſi fun-
damento,

inficias. Quod genus sunt hæc. Fide intelligim' aptata esse sæcula verbo Dei. Hoc de fiducia, aut Lutherana fide quînã possit accipi, equidem non video, imo asserere nihil vereor de neutra fide, verba hæc posse intelligi. Id quod citra oẽm probationẽ, cuiuis nõ omnino cœco adeo ꝓcliue est cernere, vt qui ĩ ea re explicãda desudaret, iure notaretur protrito illo vulgi sermone, lucernã adhibes in meridie, vt qui explicaret, quæ per se sunt clarissima. Nõ enim fiducia intelligimus, seu fidimus aptata esse secula verbo Dei, nec fide intelligere verbo Dei, cõdita esse oĩa visibilia & inuisibilia, id pollet, quod fidere aut certo statuere nos redijsse cũ Deo in gratiã, illumq; nobis ob Christum ignouisse errata. Dein fiducia nõ est rei ꝑteritæ sed aut ꝑsentis aut certe futurę, At fides à Paulo descripta ꝑteritorum est, vt hic liquet, nõ itaq; depingitur hic fiducia. Nec hoc fiducię cõuenit, qđ paulo infra attexitur, nẽpe oportet accedẽtẽ ad deũ credere quia est, & ꝙ inquirẽtib' se remunerator sit. Noẽ responso accepto de ijs, q̃ adhuc nõ videbãtur, metuẽs aptauit arcã in

& uelut quodam fulcro nituntur ac fulciuntur Chrisost. proinde circa ea, quæ uidentur, nec credulitas nec incredulitas dici potest

ſalutem domus ſuæ, per quàm damnauit mundum, & iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, hęres eſt inſtitutus. Nunquid caligare neceſſe eſt vel in ſole (quod vulgo dici ſolet) qui has duas ſententias de fiducia, aut Lutherana fide intelligi poſſe exiſtimat? Trã ſilio cætera Pauli teſtimonia, quę partim hoc loco, partim alijs cõſcripta facile euincant, fidem iuſtificantem illi non eſſe ſolam fiduciam, aut perſuaſionem, qua indubitate credit quis ſibi condonata eſſe admiſſa, ac ſe in Dei gratiã eſſe receptũ propter Chriſti ſeruatoris noſtri mortis meritum. Sunt & apud Ioã. in Epiſto. prima loci aliquot, quibus manifeſte conſtat quã ſit hoc verum, quod ipſe conor reddere omnibus perſuaſum, è quibus vnum dumtaxat huc aſcribere libet, qui ſic habet. Qui credit, quod Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Quem fugit iſtud credulitatis eſſe, & nõ fiduciæ, aut perſuaſiõis illius, quæ nuper ex officina Lutheri ca profecta eſt? Hactenus de his dictum ſit, iam paucis oſtendemus eſſe aliquam fidem informem, inefficacem, & mortuam

quæ

quæ vera ſit fides, licet vigoris atq; enargiæ exors exiſtat, vtut ſint, qui pernegent verã eſſe fidem, ſed inane tãtum fidei nomen, quæ friget abſq; charitate, neq; ſe exerit per honeſta facta, vbi res poſtulat.

CAPVT SECVNDVM.

Quod ſit fides aliqua informis, ac mortua à ſacris literis prodita, eaq; vera, non inane tantum fidei nomen, vt charitas illius non recte dicatur comes indiuidua, quod quidam male putant.

FIDEM eſſe quandam informẽ, ſacri codices, non ſolum interpretes eorundẽ maxime idonei, teſtantur abunde. Nã illos, qui dicturi ſunt Chriſto in die extremi iudicij, vt Matthæus refert cap. 7. Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, &c. fidem habere quis ibit inficias, vt ſine qua miracula non æduntur vnquam? Cui vt fides adrogetur, & cõcilietur, diui Hieronymi verba ex ſuis cõmẽtarijs, hęc in verba.

Rem non poſtremi nominis, nec inanẽ tantum nomen, cui datur ædere miracula id quod iſtos feciſſe

uemo insi-ciabitur ut Iudam & alios per fidem informem, hallucinatur ita que Aepinus appellans eam inanem friuolam & inutilem persuasionem in Psalm. 19.

Nõ oĩs q̃ dicit &c. huc adscribere nõ grauabor, Is sic scribit. Sicut supra dixerat, eos qui haberẽt vestem bonæ vitæ, nõ recipiendos propter dogmatum nequitiam, ita nunc econtrario asserit, ne ijs quidem accommodãdam esse fidem, qui cum polleant integritate fidei, turpiter viuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruunt. Hæc ille. Quis adeo parum videt, vt ex istis non perspiciat fidem quandam esse posse, eamq; integram, sine charitate, eiusq; officijs? D. Hieronimus pellucido subnixus Christi hoc testimonio illiusmodi asserit esse fidẽ, sectarum propugnatores negant, vtri parti censes, lector Christiane, fidẽ habẽdam esse, doctissimo ne, pariter ac integerrimo Hieron. an illis, nec ita doctis, nec integris? Atqui facessant hæc, vti quibus multum insumere temporis, vt non est mihi admodum cordi, ita nec lecturis hanc elucubrationem multum commodi sit adlaturum. Porro admoneat, vel hic locus, Matthęi, nõ omnem fidem satis esse ad iustificationem cõciliandam, sed illam solum quæ coniun-

ctam

ctam habet charitatem, de qua infra fusius. Nec id silentio prætereundum duxi, qđ Hieronymus asserit scelerata prędito vita pollere fidei integritate, aduersus eos, qui eunt inficias, fidē à charitate posse diuelli, vt quam dicunt fidei esse indiuiduam comitem, & citra cuius commendationem fidem inane tantum fidei nomen esse contendunt. Prętereà quod illis inhæserit fides quædam informis, qui conspectis, quæ Christus ædidit, signis, in nomine eius crediderunt, nec tamen Christus sese his credebat, quis vnquam negauerit? At infirme & ad tempus (inquit Bucerus) credebant, quid tum postea? Credidisse non diffiteris, qui fit ergo vt eas inficias nullam esse fidem informem, ac asseras solam fidem esse satis, quo quis iustificetur, redeatq3 cum Deo in gratiam? Ad huius corroborationem accedit illud Ioannis cap. 12. Multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, vt é synagoga non ejicerentur, dilexerunt enim gloriá hominum magis, quàm gloriā Dei. Bucerus primo

Ioan. 2. Multi conspectis signis crediderunt in nomen Christum, quos tamē scriptura male usæ fuisse subindicat

asserit hos vere credidisse, iustosq3 fuisse licet infirme. Cuius sententiam ipsius hęc euangelij verba exigendā, & explodendam ostendunt aptissime, nimirum, sed propter phariseos non confitebantur, vt é synagoga non eijcerentur, dilexerunt enim magis gloriam hominum &c. Nam nemo cordat' ac nō ónino imperitus theologiæ asseret illos iustos esse, qui Christum nolunt confiteri, ne inglorij fiant, & qui magis diligunt gloriam hominum quā Dei. Nam hæc mortalia sunt vitia, quibus cum in vna sede nō moratur iusticia Dei, quemadmodum nemo ignorat, qui est vel mediocriter doctus in sacris literis. Constat itaq3 hanc Buceri interpretationem vel potius cresphygetū, seu asylum non esse satis tutum. Id qđ cum ipsemet viderit futūrum, per aliam rimam elabi est conat', nēpe vt dicat, hunc diui Ioannis locum non aliud posse cuiquam persuadere, quā esse aliquod fidei genus, cui iustificatio adscribi non poterit, quo in nostram, vel in uitus quodāmodo cōcedit sententiā, quæ est, nō omnem fidei spem iustificandi habere

Cyrillus in Ioannē lib. 10. cōmenta. ca. 14.

bere vim, esseq3 aliquam informẽ, quæ sit vera fides, si natura fidei dũtaxat spectetur. Hoc Cyrillus vir cum primis erudit' non nesciebat, quando dicebat. Qui per fidem solummodo coniunguntur Christo, sola illi confessione inhærentes, nec charitatis vimine se colligantes, palmites quidem sunt, sed nõ fructuosi. Nam fides absq3 operibus mortua est. Hæc ille. Lutherus quoq3 Catharino respondens cogebatur agnoscere hãc doctrinam, nimirum fidem esse quampiam informem, ac charitatis expertẽ, quam quisquis habuerit, esse sub diaboli potestate, & inferni portis asserebat. Chrysost. in hanc sentẽtiam pedibus discedit enarrans cap. 3. prioris epistolę ad Corinthios, quippe sic habet. Si quis male viuit, cum fide recta, auxilium ei fides non præstabit, vt non puniatur opere perdito. Asserit ne id diuus Iacobus cap. 2. dicens. Fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa? Rursus. Tu fidem habes, ostẽde mihi fidem tuam sine operib'. Apage ergo has tuas nugas, quisquis asseris fidem à charitate diuelli

non posse, aut non esse fidem, quæ charitate & eius officijs destituatur. Christus certe ipse indicauit fidem quandam esse informem, quando hæc dicebat Iudæis.

Matth. 21. Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum, quæ verba hoc pacto edisserit diuus Hieronymus. Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare, Qui peccator est, & tamẽ in illum credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur, sed non omnino cõteritur, reseruatur per pœnitentiam ad salutem. Super quem vero ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquę pusillum Vult itaque D. Hieronimus fidẽ inhęrescere his, qui peccatis sunt obnoxij, eamque vtilem esse, vt per quàm illi queunt resipiscere ad salutem parandam. Diuersa ergo aliorum sententia res friuola est, & cęcum plane (vt habet paræmia) insomnium, vt ut illius assertores illam crepant. Audi iam Augustinum, qui luce manifestius retundit

Augusti. Hic Pauli locus, Si habuero omnem fidem &c. 1. Cor 13. ergiuer

dit aduersariorum opinionem, Cum alias Passim, tum libro. 15. de trinitate cap. 18. & in Ioannē tractatu. 7. Priori enim loco hęc tradit, verba faciens de charitate. Nullum est isto Dei dono excellentius. Solum est, quod diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ. Dantur & alia per spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Mox citat illud 1. Corinthi. 31. Si habuero omnem fidem &c. & id ad Galatas cap. 5. Neque circuncisio &c. & tandem concludens ait, ipsam fidem non facit vtilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest esse, sed non & prodesse, propter quod Apostolus inquit. In Christo Iesu neque circuncisio &c. posteriori vero loco sic habet Augustinus. Magna est fides, sed nihil prodest, si non habeat charitatem, iuxta illud Apostoli. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam charitatem autem non habuero, nihil sum. Quorsum rogo te, lector, dixisset Apostolus, fidem eam efficacem, quæ operatur per charitatem, nisi ostendere

sationem non recipit Confert namque istic Paulus & fidem, & alia quædam Dei dona cum charitate.

Quod cum constet alia sine charitate inueniri alicubi, cuiusmum erit & fidē ex eorum esse albo, quā interim absq; charitate inuenias, Lege caput de charitate & Theophil. qui asserit apostolum illic eō tuliſſe charitatem cū fide integra, syncera ac per fecta

voluisset, fidem posse esse absq3 charitate Quis diffitebitur illos fidem nactos, qui audient in postremi iudicij die. Esuriui, & nõ dedistis mihi edere &c. Abite à me in ignem æternum? Si enim fidem non haberent, hoc sane pacto cum illis Christus nõ disceptaret, vt qui iã iudicati fuisset, vtpote incredeuli, Ioan. 3. qui nõ credit, iã iudicat' est, nec impij resurgent in iudicio Psal. 1. Lege August. vt alibi passim, ita de fide & operibus cap. 15. quẽ reperies strẽnuum atq3 sedulum hui' dogmatis assertorẽ. Approbat quoq3 hãc sentẽtiã Leo ille maximus, dicens. Diabolus multis, quibus non potuit auferre fidem, sustulit charitatem. Fide non carent fatuæ illæ virgines, quibus oleo destitutis, hoc est, charitate vacuis, negatur ingressus ad nuptias. Hac veste nuptiali non amictus detruditur in tenebras exteriores. Matth. 22. Cæterum ne lectori oratio iusto prolixior pariat nauseã, reliqua testimonia, quæ sane sunt quàm plurima, tum apud idoneos, & classicos autores, qui scripturam suis commẽtarijs aliqua lucis accessione illustrarunt, tum

Sermone. 4.

Matth. 22.

tum in sacris ipsis voluminibus, quæ hanc obfirmant roborantq́ꝫ doctrinam, in præsentia prætereo tacitus. Et sane cui hæc non sunt persuasura, oportet esse præfractum, & suæ sententiæ nimis tenacem, & quali notam peruicaciæ adagium inurit, dicens. Non persuadebis, ne si persuaseris quidem. Hæc fides informis tum data est, quando potestatem dedit Deus his, qui credunt in nomine eius, vt filij Dei fierẽt, vt qua auxilium Dei, & gratiam, implorantes impetrent. Nam fides (inquit Augustinus) primo datur, vt cætera impetrẽtur. Id quod verum esse cõuincit historia illa de publicano Lucæ 19, & illud Pauli, Romanorum. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Lege August. episto. 105. de gratia & lib. arb. Iam quod Christus dixerit se orasse pro Petro, ne illius deficeret fides, arguit Petrum non excidisse à fide, sed defecisse à charitate, neque ex incredulitate negasse Dominum, quem ingenue antea confessus fuerit, sed victum timore id fecisse mali. Quod si igitur inane tantum nomen est fi

ὅυ γὰρ πείσῃς, ὅυδ' ἂν πείσῃς Ioan. 1.

De prædesti. cap. 7.

Cap. 14. & de spir & litera. cap. 32.

de,

des informis, non video quid magnopere Christus orãdo ꝓmouerit. Quid enim illi orãdo impetrauit, quã ne inane fides nomẽ deficeret? Quis nescit damnãdum olim, q oẽm vitã, cum Christo nomẽ dederit, peccãdo trãsegerit, ipsisq; immortuus fuerit vitijs, ac ipsum certissime ac verissime illud credere, fide quadã scripturarum, quã ideo verã esse oportet eum salutis suæ cõmonentẽ. Hactenus nostra stabiliuim'. Superest, vt quæ ab aduersarijs adducuntur, excutiam' & excussa propulsemus. Primo illud Pauli pronuntiatum ab ipsis stare suumque tueri dogma arbitrantur, sed egregie falsi. Paulus hic habet. Qui suorum & maxime domesticorum, fidem negauit, & est infideli deterior. Hinc sic colligunt, curam non habere suorum & maxime domesticorũ est designare quod morte sit mulctandum, & quisquis perpetrat eiusmodi facinus, fidem non habet, haberet autem si fides vlla esset informis, aut si fides resideret adhuc in his, qui mortale & exitiale flagitium admittunt, nõ est ergo fides aliqua informis, sed quisquis peccat,

Dilluitur obiecta 1. Tim. 5

fidem

fidem amittit ſtatim ſuam. Atqui hoc aduerſariorum telum facile retundim⁹, ſi citatum Pauli locum germane intellectum deriem⁹. Nã iſ nõ aliud docet, quã fidẽ illã efficacẽ & per charitatẽ energificã, quæ ſola vtilis eſt nobis ad ſalutẽ, amittere, quiſquis curã ſuorum &c. Quẽ locum Gagnæus vir impendio doctus ſuccinctius & obſcurius in hunc modum ediſſerit. Fidẽ negauit, hac ſcilicet in parte (inquit) quia fidei aduerſantia opera facit. Nam niſi intellexerit opera illa aduerſari fidei viuæ & formatæ, equidẽ nõ video, quid ſibi voluerit. Ad Titum habet Paulus. Verbis cõfitẽ tur noſſe ſe Deum, factis autẽ negãt. Chryſoſt. aſſerit enarrans priorẽ Pauli locum, fidẽ nõ ſolum confeſſione prodendam eſſe, ſed & factis, id quod dum non facit quis, Deum negare dicitur, atque fidem amittere, nõ quod fiat incredulus, aut omnẽ fidẽ reiecerit, ſed illã fidẽ, quę Chriſtiana ẽ, & ſalutifera amiſerit penitus, retenta interim informi credulitate. Fruſtra ergo hic locus citatus eſt ab illis, qui conentur, ſed irrito conatu, nobis perſuadere Tit. 1.

fidem

fidem nullam esse informem, & quisquis delinquit læthaliter, illum illico fidem amittere suã, Cæterum hunc alium nodum cum primis sane frigidum & neruorum exorté nobis nectunt ex scriptura parum recte & genuine intellecta. Qui peccat (inquit Ioan.) non nouit Deum, cui de suo attexunt isti, sed qui Deum non norit, fide caret, vt qua Deus cognoscitur, cõstat ergo peccãtem amittere fidẽ, vt nulla sit fides oio informis insidés peccatorũ métib' Hoc loco, nõ noscere Deum, id est aduersarijs meis (nisi meum me fallat iudicium) quod non credere in Deum, vel Deo, aut certe simpliciter Deum non cognoscere. Verum hæc interpretatio cum sit coacta & nimis violenta (ne dicam, quod vere possem, malitiose excogitatã) nõ cõsistit. Quis enim non clare cernit istos scripturã hãc per capillos (qd tritum habet diuerbium) ad suã perfidiã trahere renitentem? Nihil min' istic agit Ioãnes, quã qd isti fingunt atq; cõminiscuntur, hoc sane consilio, vt suã propugnent hæresim. Tantum namq; docet, quod qui peccat, is Deum

non

non nouit probe, & vti par est, noticia effectrice, seu effectiua, quemadmodum filij patrem norunt, vt illi grati sint, obsecundent, morē gerant. Quo fit, vt nec hic loc⁹ quicquā suffragetur aduersariorū dogmati statuēdo ac firmando, vt nullus alius ex his, quos depromūt é penu scripturarū, tā parum illis patrocinātes, vt diluere qđ ex his obijciūt, operæpreciū nō esse arbitretur ea propter visum est, illis omissis, proximū aggredi caput, cuius summā & argumentum hic subtextum cernis lector pie.

CAPVT TERTIVM.

Ostendit hoc caput ex fide illa informi, quàm superiori capite é scripturis, & earum enarratoribus, petitam dedimus, prodire atq3 prosilire opera quædam præparatoria, quod genus, sunt timor seruilis, confessio admissorum, eleemosina, ieiunium, oratio, contritio, & similia, quibus anima hominis paretur, capaxque efficiatur, vt diuinę gratiæ eidem impartiendæ diuinitus fiat idoneum receptaculum, vtut rumpātur ilia Lutheri cōsectaneis quibusuis.

Auspi

AVſpicabõr à lachrymis atq; luctu contriti cordis nuncijs & anteambulonibus, de quibus D. Cyprianus ſic ſcribit. Datur opera, ne ſatisfactionibus, & lamentationibus delicta rediman tur, ne vulnera lachrymis abluantur. Rurſus alibi. Nec iram pœnitentibus, aut pœnam plangentibus & lamentantibus comminatur, ſed veniam magis & indulgẽtiã pollicetur. Vnde & Dñs beatos dicit plãgentes, quia qui plangit, miſericordiã p uocat. Hæc opera aſſerit ſanctiſsimus hic martyr, idẽq; vir doctiſsimus, cõferre plurimum ad delictorũ abolitionẽ, nõne igitur diuerſum aſſerere te deberet pudere, qui cum illo eruditiõis & ſanctimoniæ nomine nõ poſsis cõmodi' cõponi, quã teſtudo cũ lepore currendi pernicitate? Hanc ſententiã creta notat quoq; D. ille Chryſoſto, dum ait. Multus peccati ignis, atq; modica extinguit eum lachryma. Nam lachryma fratres, rogum extinguit peccatorũ. Teſtaturq; (inquit) ſanctus Dauid quan-

Bb. 1. epi. 3

Bb. 4. epiſto. 2.

Matth. 5.

Tom. 2. homilia. 5. de pœnite

quantum lachrymarum virtus posſit, qui ait, Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Nam is lauabo dixit, vt oſtendat lauacrũ & purgatorium peccati eſſe lachrymas. Item alibi Chryſoſt. Deus, Achab, quod fleuerit, & mæſtus fuerit, peccatum dimiſit, atq; Heliæ dicit. Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me, flẽtem, & contriſtatum? Non faciam ſecundũ irá meam Rurſus idem. Cũ Petrus fleuiſſet amare, deleuit peccatum. Non enim paruus fuit reatus proprium negaſſe dominum, ſed magnus & fortis, eũ tamẽ deleuerunt lachrymę. Deſle igitur & tu ſuper peccatũ, neq; ſolum deſle, aut appareter, ſed amare deſle, quo domin' miſericordia mot' ti bi dimittat hęc Chry. quæ vt poſſunt, ita debẽt ora obſtruere ijs, quos non puduit, aut calamũ ſtringere, aut verbis detonare aduerſus propugnantes, quædam eſſe opera, fidem iuſtificãtem anteuertentia quibus hominis anima reddi debet capax remiſſionis peeccatorum, & diuinæ gratiæ infundendæ.

Tom. 2. homil. 9. de penitẽt.

3. Reg. 21.

Matth. 28.

Nec

Nec ab hac ſententia, vel latum (vt dici ſolet) digitum, recedit D. Ambroſius, dicens in cap. 7. Lucæ, Bonæ lachrymæ, quæ noſtrum poſſunt lauare delictum. Bonæ lachrymæ, in quib⁹ non ſolum redẽptio peccatorum, ſed etiã refectio eſt iuſtorũ. D. Antiochus, qui erat ante nongẽtos annos, vocat lachrymas, ſarciẽdæ pietatis coóperatrices. At hæc miſſa faciã, & dicam fuſius idque generatim de operib⁹ prę̃paratoriis, q̃ ſunt ad ſalutẽ cõparãdã maximopere neceſſaria, licet ſint, qui improbo ſtudio, aut certe craſſa quadam inſcitia, moliuntur illa penitus, veluti inutilia, carbone notare atq3 damnare. Quorũ ſane error, vt craſsiſſimus eſt, ita illo fere nihil poteſt dici mortalium ſaluti exitiabilius, & funeſtum magis, atq3 idcirco pluribus iliũ hominum mentibus, quæ virus illud cum primis præſentaneum imbiberint, eximere adnitendum duxi, atq3 alijs, quibus adhuc iſtud veneni non eſt adflatum, perſuadere, vt neutiquam ſinant errorem illum in animos ſuos irrepere, ſeu ill abi, ne ſero illos pœniteat. Extãt indubie complures

loci

loci in ſacris codicibus, quibus plane, & efficaciter hic error pernitioſus exigatur atque explodatur, quorum aliquot, nam omnes non eſt mihi animus, huc adferre cõſilium eſt, eoſdemque quàm luculentiſſimos, vt omnis obſtruatur elabendi rimula diuerſarijs. Samuel alloquens Iudæos idololatras eosque adhortans, vt per opera pœnitentię ſeſe parent gratiæ Dei impartiendæ, ſic habet. Præparate corda veſtra domino, & ſeruite illi ſoli. Audin hęc quem non pudet inficias ire vlla eſſe opera præparatoria? Dici ne potuit quicquá manifeſtius aduerſus hunc tuum exitioſum errorem? Recine itaque. Ne pergas aduerſus tam aperta pugnare. Scis neminem contra Deum poſſe pugnare impune. Sed age, accipe plura hoc genus teſtimonia, quo tandem non pigeat, errore hoc profligato, veritatem ipſam obuijs (vt dicunt) vlnis amplecti, eamque excolere, ac tueri. Legiſti ne vnquá Roboam in crimen datum eſſe, quod non præparauerit cor ſuum Domino? An non immerito iſtud fuiſſet illi vitio datum, ſi nihil

Scripturæ loci teſtantes aliqua eſſe opera ad gratiã præparatoria.

1. Reg. 7.

2. paralip. 12.

D omnino

omnino operis, & potuisset, & debuisset proferre, quo cor eius magis idoneum aptumq3 fieret, vt diuinã receptaret gratiam? Cur conniues ad illud Salomonis, quod bis per omnia cum tua hac depugnet sententia? Is enim sic loquitur. Hominis est præparare animam. Salomon adsis tu numinis ait, tu negas. Cui fidem habebimus, tibi ne mendaci, an illi veraci? Vociferatur vates ille regius Dauid. Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Is præparationem mẽtis nostræ Deo gratam esse ostendit, dicẽs. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Quamobrem ergo depugnas tu aduersus hunc solem remq3 sole clariorẽ? Nõne hoc pacto tuam prodis imperitiam, ne quid dicã acerbius? Nihil sane crebrius inculcant sacra volumina hac prẹparatione, quam tu tanta pertinacia inficiaris, sed in tuiipsius capitis extremum exitium, ni maturius resipiscas. Quod vt facias, plura adhuc testimonia non pigebit me huc corradere. Quorsum, cedo mihi, missus fuisset Ioan. Baptista Christi anteambulo, vt pararet

Prou. 16.

Psal. 16. & 107.

Psalm. 9.

vias

vias illi, postea venturo, si nulla opus esset præparatione ad salutem hominis, sed sat esset credere dútaxat noxas ignosci propter Christum? Clamauit ne ille. Præparate viam Domini? Matthæi. 3. Accedit huc illud, Esaiæ. 55. Omnes sitiétes venite ad aquas, & illud Christi. Ioan. 7. Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Nonne sunt hæc sitis, & itio ad Christū, præparamenta quædam ad suscipiendam diuinam gratiam, misericordiam conciliandam, & admissorum veniam? Nemo certe, nisi aut omnino bonæ eruditionis expers, aut propudius, & qui pudorem exuit, aut deniq; malitia turgidus, illud vnquam inficiabitur. Audi iá, si libet, Hierem. verba, ex Ca. 7. q̃ eiusmodi sũt. Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscũ in loco isto. Quod vero hęc dixerit Propheta impijs, & idola colẽtib', cótextus mox insequẽs abunde ostẽdit Quos tamẽ propheta nõ hortatur, vt credãt, aut fidãt tãtum, quo illis ignoscat Deus, sed vt resipiscãt, ac aĩas suas pręparẽt, vt essent idonei gratiæ abs Deo gratis impendendæ. Faci

Qualis Courtopus nostræ.

te (inquit Ezechiel) vobis cor nouum,
Cap.18. hoc est, resipiscite, atq3 prę parate animas ad gratiam imbibendam, vt sic Deus tandem impartiatur vobis cor nouum, quemadmodum pollicitus est, dicens. Ezec. 36. Ego dabo vobis cor nouum. Ad hæc accedit & illud Hierem. cap. 4. Laua à malitia cor tuum. Ante orationem præpara
Cap.18. animam tuam (inquit Ecclesiasticus.) Quid est hoc, ait Chrysost, enarrans orationem dominicam, nisi expoliatus praua cogitatiõe, sic accedas ad orationem dominicam? Quorsum attinerent istæ exhortationes, quę hic subtexuntur, si omnia opera fidem iustificantem antecedentia, aut peccata essent, aut certe inania, nec vlla opus esset præparatione? Conuer-
Cap.31. timini (inquit Esaias) & venite. Conuertimini ad me & salui eritis. Esaiæ. 45. Si cõuerteris, conuertam te. Hiere. 15. Conuertimini, & agite pœnitentiam. Non hæc dico, quod sim ignarus nẽminem posse ad Deum vere & plene sese conuertere, nisi
Cap.31. fuerit à Deo antea conuersus, & ideo Hieremias alibi ait. Cõuerte me & cõuertar,

quia

quia postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, sed vt persuadeam hominis esse, præueniẽti quadam gratia Dei illustrati, obedire suasioni Dei per ipsius adiutoriũ, atq; quantũ liceat illi impartiẽdę gratiæ se idoneum reddere. In qua sententia fuisse D. Gregorium Nazan. Hieronymi præceptorem, vel hæc eius verba conuincunt. Nos tantum ipsi nostri misereamur, & iustis eius miseratiõibus patefaciamus viam. Num illorsum spectat, quod Deus per Esaiam ait, dicens? Quiescite agere peruerse, & discite benefacere? Quibus enim præcepit hæc, iustis ne an iniustis? Non dices (vt arbitror) iustis, quando hoc esset illis iubere, vt actum agerent, vt qui iam ante desierant peccare grauia illa peccata de quibus loquitur Esaias. Iussit itaque hæc fieri ab improbis, & sceleratis, vt hi desisterent improbe vitam exigere suam, & discerent honeste factis animas suas excolere. Quocirca nec vitio dãda sunt istæc opera, nec pro inanibus, & superuacaneis habenda, vt nihil adferant adiumenti ad suscipiendam gratiam Dei

Hæc cæcutiens Courtoppus nõ uidit.

Nazanzenus De grandinis uastatione,

Cap. I.

vt quod genus opera nunquam iubet Deus à quoquàm pagi. Quiesce ergo tu, impe be agere quisquis es, qui hanc tam impiã tueris opinionẽ, ac disce benefacere, hoc est, orthodoxam persuasionem amplecte re & propugna, nimirum non esse omnia omnium opera, quæ antecedunt fidem, & gratiam iustificantem, peccata, aut opera inania. Quod indubie dogma nullis scripturis germane quidem intellectis, nec à genuino suo sensu detortis, nec vllis veterũ testimonijs natiue enarratis, subnixũ, titubare, ac tandem collabi est necesse. Cyrillus illam candide probat sententiã, dicens in illud Ioan. 6. Omne, quod dat mihi pater &c. Quẽadmodum quispiã ægrotum medico adfert, vt ei medeatur, sic à Deo patre illos, qui digni salute sunt, filio adduci dicimus. Rursus paulo infra ait Cyrillus. Pater quidẽ per cognitionẽ & fidẽ eos adducit ad filium, quos hac gratia dignos iudicauerit. Hactenus ille. Nonne hæc dignitas istorum, recte dicatur mentium illorum dispositio quædã & præparatio, qua idonei & quodammodo digni redduntur, quibus detur gratia?

Iam vt ſupremam manum huic capiti imponam, prętermiſsis innumeris fere locis ſcripturarum, & doctorum ſententijs idē teſtantibus, D Chryſoſtomus proſiliet in hanc arenam pro me fortiter, ac ſtrenue certaturus, & hoc acutiſſimo telo, quod ipſe mutuo ſumpſi ex nona illius Homilia in Ioan. vbi explicans hunc locum, Dedit eis poteſtatem &c. ait. Per eam particulā (poteſtatem), gratiam non temere, neque ſine noſtro labore in nos infundi ſignificatur, ſed cū ipſi volumus, cum ipſam inqrim⁹. In noſtra enim eſt poteſtate filios dei fieri. Quippe niſi primum ad gratiā accipiēdā, prōptum exhibeam⁹ animum, neq3 diuinum ad nos mun⁹ accedit, neq3 qcquā in nobis operatur. Hæc ille. Quæ ſane verba apte indicāt illum habuiſſe perſuaſum, opa gratiā prævertentia adeo non eſſe peccata nec inania, vt viam ſtruere ad gratiā velit, nec ſic nos ſola fide iuſtificari vt ōnis noſter excludatur conat⁹, atq3 pœnitētia ꝓparatoria ad iuſticiā, vt multi perperā dixerunt, ſed excludūtur ceremonię Moſaicæ legis iā abolitæ & antiquatę, atq3 antecedētium opum merita, vt gratui-

Chryſoſt. præclara ſententia

ta sit iustificatio, ne gratia nõ esset gratia si opum merita illa propagare & parere dicãtur. Itẽ opera humanis tãtum viribꝰ si ne dei adiutorio ꝑstita, à negocio iustificatiõis ꝓcul reijũcitur. Iã paucis repellã obiecta, quod vbi fecero, de merito cõgrui, quod vocãt, disseram, atq; docebo, illud consistere in hac præparatione mentis nostræ ex gratia Dei trahentis ad pœnitentiam, & ex fide informi profecta, vt rumpãtur ilia Codro. Primum hoc pacto, si dijs placet, colligunt ex D. Pauli. his sane verbis à suo germano sensu misere distractis. Quod nõ est ex fide, pctũm est, sed opa illa ꝑparatoria nõ sunt ex fide iustificãte, vt quã antecedãt, quapropter pctã esse nedum inania necesse est. Quis æquis aurib' in hunc modum argutãtes audiat? Nõ est hæc mira hoĩm, aut inscitia, aut poti' malitia, qui adeo manifeste & turpiter velint corrumpere sacra Pauli verba, ad suum constabiliendum impium dogma? At audi compendio adductæ Paulinæ sentẽtiæ genuinum sensum, vt istorum astutia & arte (si ars sit vlla, & non potius plane inertia

Rom. 1. 11, Repulsio obiectorũ succincta,

Rom. 14. Eiusmodi indoctam collectionẽ contexuit Courtoppus nostras, dum concionaretur Oxoniæ e suggestu ecclesiæ Christi

inertia) à vero transuersum non agaris. Hoc Paulo negatur ex fide fieri, quod fit non respondẽte, ac etiam reclamante cõscientia, vt idem sit, hoc loco fides, quod propriæ conscientiæ iudicium, persuasio animiq3 sententia, qua repugnante quicquid agatur, in crimen vertitur. Hinc per celebre illud Agathẽsis concilij axioma. Omne quod fit cõtra cõscientiã, ædificat ad gehennam. Chrysost. Cum enim quod edit, mundum esse, nec credat, nec confidat, quomodo non peccasse credetur? Hęc autẽ õnia de proposito tãtum argumento à Paulo dicuntur, non de quibusuis. Hæc ille. Quæ si recte expẽderent, qui illo Pauli loco suboixi, asserunt, oĩa opa gratiã antecedẽtia esse peccata, facile posituros arbitror illã persuasionem. Nunc mihi dicãt egregij sc3 isti cordium humanorum cognitores & expẽsores, num verisimile esse existimẽt, oĩum christianorũ peccatis obnoxiorum, oĩa opa fidẽ iustificãtẽ ãteeuntia, ab illis fieri, refragãte aut sane fluctuãte ipsorum conscientia? Qđsi certent, fidei vocabulum in ea significantia

tia hoc loco Pauli debere itelligi, qua in epiſtola ad Hebræos Cap. 11. videm' vſurpari, quonam pacto vel Moſaica lex non diceretur quoq3 peccatum, vt quam idē Paulus nō eſſe ex fide palam aſſerit? Hæc indubie horum locorum pugnantia, non niſi vocis Fidei vario ſignificatu tollitur, vt dicamus aliter longe ſumi illam hic in Romanis, quàm in Galatarum illo loco. Hæc admonere eſt viſum, ne quis ambiguitate verbi deceptus, in Labyrinthum incidat, vnde ſeſe poſtea nō facile poſſet extricare. Ac vereor ne hoc Pauli pronuntiatum, Quod non eſt ex fide peccatum eſt, iſti, vt pleraq3 alia, cōtra ſuam ipſorum fidem ſeu conſcientiam, ad fidem, quæ virtus eſt Theologica, detorqueāt, vt perſuadeant omne opus, quod gratiā & fidem iuſtificantem anteuertat eſſe vere peccatum, cum ſit ipſo ſole meridiano clarius, fideles peccatores multa ex fide, hoc eſt, ex conſciētia honeſti atq3 recti facere. Quod autē fides, Romanorum Cap. 14. ꝓ cōſciētiæ iudicio & dictamine ſumatur, vel textus ipſe Pauli indicat manifeſtiſsime, vt qui ſic habet. Qui autem

Galat. 3.

diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt, quia non ex fide. Hoc eſt, quiſquis iudicat cibum aliquē eſſe impurum iuxta veteres ritus legis Moſaicę, & tamen illo veſcitur, damnatus eſt, quia non ex fide id fit, id eſt, aduerſus iſtoc animi ſui mentiſque iudicium, atq; adeo renitente conſcientia ſua. Sunt, qui vocabulum græcum διακρινόμενος, quo hic vtitur Apoſtolus, arbitrantur ſignificare potius ambigentem, animiq; dubium, in hunc ſenſum. Quiſquis hæret, num fas ſit illi cibo veſci aliquo, interim tamē edit, damnatus eſt, qa non eſt ex fide, id eſt, cū iſtac animi ſui hæſitatione comedit, reluctante & reclamāte conſciētia, quæ dictat nullum cibum eſſe edendum, quem certum tibi adhuc nō eſt, purō eſſe & licitum. Meo iudicio vetus interpres optime verterit voculā illā græcā per verbum, diſcernit. Docere enim vult Paulus, qđ qui diſcrimen collocat inter cibū & cibum, hunc ratus purum, illum autē impurum, & tamen hoc veſcitur, iuxta ſuum iudicium impuro, dānatus eſt, quia non eſt ex fide. Chryſo. Nō enim mundum eſſe credidit, ſed tanquā

Chriſoſt. Ego illum probo, qui & ueſcitur, & cū nulla hæſitatione ueſcitur.

Vide quomodo illū inducat nō ſolum ut edat, ſed ut munda cum ſcientia edat.

immundum attigit. Porro autem πίστιν, perſuaſionem deſignare apertius eſt, quã vt opus ſit declarare, & idcirco poteſt eadem vox ſumi pro fide credendorum, vt hic ſit ſenſus. Quod non eſt ex fide, id eſt quod fit contra fidem, peccatum eſt, exempli cauſa. Tu credis, atq3 habes perſuaſum, carnem ſuillam eſſe impuram, atq3 ideo tibi non licere illa veſci, interea tamen veſceris illa, damnatus es, quia non ex fide fit illud, ſed cõtra fidem, & perſuaſionem animi tui. Verum inquis mihi. D. Auguſtinus identidẽ appellat opera præcedentia fidẽ inania, idq3, vt vnius illi' teſtimoniorum inijciamus mentionem, in enarratione Pſalm. 31. vbi ſic habet. Ipſa opera, quæ dicuntur ante fidem, quamuis hominibus videantur laudabilia, inania ſunt, ita mihi videntur vt magnæ vires, & curſus celerrimus præter viam. Vt hoc diluam paucis, primo animaduerte lector candide, hæc Auguſtini verba, incredulorum & paganorum opera eleuare & extenuare dumtaxat, quæ à nulla in Deum fide ſunt profecta, ſed quid iſtud habet

Auguſtin. Pſalm. 31. Tom 8.

mo-

momenti aduersus asserentes opera Christianorum peccatis obnoxiorum adhuc, per Dei adiutorium præstita & posse & debere viam sternere & aperire fenestrã ad gratiam Dei, ac admissorum condonationem? Sequenti capite videbis August. asserere bona opera fieri ante iustificationem, & idcirco frustra sibi blandiri complures de illius testimonio, vt obfirment suum *institutum*, omnia opera fidẽ iustificãtẽ prẽeuntia esse peccata, aut certe inania, vt quisquis velit per aliqua eiusmodi mentem præparare, quo gratiæ esset capax, illum laterem lauare, aut potius remorari plurimum gratiæ impartitionem, vt qui peccatum peccato adcumularet istoc suo conatu. Verũ hac de re satis, sup que fortasis, nunc breuiter docebimus, (auspicibus superis) in his operib' præparatorijs, de quibus iam abunde disserueri mus, versari, aut consistere meritum con grui, quod vocãt. Quod vt nuperum, & ex scholasticorum officina profectum, multi peius oderunt cane & angue, vt ve teri prouerbio iactatum est.

Augustini verba Lutheranis nihil suffragantur penitus.

Bucerus

Cap

De merito cõgrui, qđ ex fide informi pro manat, & Dei trahentis gratia ãteeunte.

Meritum cõgrui est omne hominis opus quod non meretur ex suopte genio, aut natura, sed ex Dei liberalitate solum qui mera sua gratia ob eiusmodi opus se se tale quiddam impartiri est pollicitus huic orthodoxi scriptores tribuunt remissionem peccatorum non merito condigni, ut Ae

Vamquã non ignorẽ candide lector, quàm sit odiosum meriti vocabulum, ac præcipue, quod de cõgruo vulgus Theologorum vel antiquissimorum non solum recentium, assolet appellare, mihi tamen ipse mallẽ multorum inuidiã, & odium Vatinianum (quod aiunt) conflare, quàm pati, vt ipsa veritas aĩ (vt inqt Lactantius) cibus suauissimus, & quæ improborum parit odium, iaceat neglecta, imo penitus reijciatur contempta, nõ absque deplorando multarum animarum extremo exitio. Age itaq; pie lector, accipe grataṅter, quæ hac de re ex doctissimorũ pariter ac antiquissimorum autorum elucubrationibus corrasa, huc cõsilium erat adscribere, quo tibi persuasum sit, nõ exigendum & exibiládum, sed obuijs (vt est in Adagio) vlnis amplexandum, meritum congrui, vt sine cuius interuẽtu, quã pauciss imis

cissimis, aut hactenus cõtigit, aut dehinc continget ad Dei gratiã iustificantẽ aspirare. Et quia non sum nescius, quã sit grata breuitas, paucis & numero (qđ aiunt vulgo) dicã. Primus õnium in aciẽ hãc emerget, & veluti glaciẽ hãc scindet eruditissim' nedum optim' ille D. Gregori. Nazanz. sic inquiẽs. Proijciamus in cõspectu domini ætatẽ õni miseratione dignã, & q̃ mereatur dei misericordiã vagitib' impetrare, Rursus ibidẽ inquit. Ex nobis filioli discite cõpunctionẽ, quia affligimur ꝓ vobis, & emẽdationẽ vestri offerte nobiscũ vt & nos imminẽtis plagæ veniã impetrare mereamur, Idẽ ĩ Apologia. Si illud culpã habuit, veniã hoc meretur. Hęc ille, fere. 1200. ãnos ãte hæc nostra tẽporã, q̃ de merito cõdigni nõ possunt accipi, eo ꝙ tali merito, nemo mĩam Dei, aut veniã meretur, qa tũc gratia nõ esset gratia. Rom. 11. Cum ergo de merito cõgrui necesse sit vt huius viri verba ĩtelligãtur, hinc cõstare põt liquidius vocabulum meriti de cõgruo, nõ esse recẽs, nec à scholasticis inuẽtum, vt multi impudenter mentiuntur.

pinus falso illis impingit in Psalm. 19.

Nazãz. de grandinis uastationi.

Item Sermone de pænit. Peccator uero non solum septies, sed septuagies septies, si pænitet ueniam promeretur.

Qua

Tom. 8. in Psalm. 50

Qua de re Augustin⁹, qui licet multus est passim in suis lucubrationibus in extollē da Dei gratia (vt par erat), & in eleuādo hominis merito, & prǫsertim, vbi cum Pelagianis manus conserit, tamen non raro tale quiddam habet. De incerto (inquit) pœnitētiam egerunt Niniuitæ, misericordiam certam meruerunt, prostrauerunt se, gemuerunt, fleuerunt, pepercit Deus. Item enarrans illud. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam &c. sic ait, Respondeāt lapsi, respondeant cū Dauide, vt misericordiam mereantur, sicut Dauid. Hæc Augustinus de merito congrui. Nam nullum esse misericordiæ meritum de condigno constanter asserit cum alias, tum epistola 105 ad Sixtum.

Tom. 2. de orando deum cap 11.

Rursus idem. Nos admonemur, & quid petamus, & quid faciamus, vt accipere mereamur Item epistola 89. ait. Si se esse peccatores fatentur, vt Dei misericordiam possint mereri, compescant se ab alijs etiam decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. Augustinus quoq; & Alippius epistola 106. hęc retulerunt

lerunt in literas. Si quis autem dixerit, quód gratiam bene operandi fides merea tur, negare nõ possum', immo vero gratis sime confitemur. Iterum Augustinus. Ipsa remissio peccatorum non est sine aliquo merito, fides hanc impetrat. Neq3 enim nullum est meritum fidei, qua dicebat publicanus. Deus propitius esto mihi pec catori, & descendit iustificatus merito fi delis humiliatus, quoniam qui se humiliat exaltabitur. Hæc ibidem Augustinus, bre ui sententia duos simul cum crassos, tum luculentos errores refellens, alterum nul- lum esse meritum congrui, sed id merum esse scholasticorum commentum asseren tium, alterum illorum, qui pertinaciter & impudenter astruunt, publicanum fuisse iustificatum priusquam templum subierit precatum. August. li. 2. ca. 12. contra Cres conium grammat. Veniã merentur, quos mali pœnituerit. Ezech. 18. Si cõuersus fu eris, & ingemueris, tunc saluus eris. Item To. 10. Ser. 104. de tẽpore. Deus rogauit Adam. Vbi es? vt peccatum ore proprio confiteretur, quo posset peccati veniam

Epistola 105. ad Sixtum To 2.

Lu. 19. Iustificatio Publicani

Christus ait hũc descendisse è templo iustificatũ indicans conscendisse innumerum.

promereri. Et ſermone. 77. quia Adam cõ tra mãdatum Dei guſtãs de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc ſecundum mandatum ieiunans, iuſticiã vitę meretur. Verum cum ſupradicta epiſt. ad Sixtum. Auguſt. inficietur vlla eſſe hominis merita, quibus iuſtificetur, id eſt, ex iniuſto fiat iuſtus, licet iuſtorum ſint merita multa, qa homo gratis iuſtificatur. Ro. 3. & iniuſti meritis nihil niſi pœna debetur, is ſecum pugnare videbitur, niſi dicas nulla eſſe hominis merita de cõdigno quibus euadat iuſtus, ac remiſsionẽ admiſſorum aſſequatur, licet homo obnoxius peccato ex fide informi per Dei auxilium pœnitudine tactus implorans Dei miſericordiã de cõgruo gratiã ac veniã delictorum mereatur. Hoc enim modo facile cõciliẽtur illius verba ſpecie tenus diſsidentia. Videant ergo quanta detinentur cæcutientia, qui eunt inficias vllum eſſe meritum de congruo, cauſantes id nuperum eſſe, & priſcis inauditum. Faceſſant quoque quotquot non pudet, vt ſunt perfrictæ frõtis homines, & pudere neſcij, peruicaciter

ter & mordicus tueri, nulla omnino exigi à nobis opera præparatoria, quibus viam præstruamus gratiæ Dei in nos transfundendæ, & illi velut feneſtram aperiamus, vt in nos ingrediatur. Quod dum aſſerunt, vt magna imperitæ plebi ſatis ſuperque ſuo genio ad ſcelera propenſæ, repagula aperiunt, vt per oē malorum genus graſſari impune ſibi licere exiſtimet, ita propugnant, quod luculentiſsime cum illo Ioannis compugnare ex diametro neminem vel mediocriter doctum latere poteſt. Ecce ſto (inquit Deus per Ioannem) ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum &c. Quid hoc loco appellemus, aperire Deo ianuam, vt is in nos ingrediatur, niſi pœnitentiam, qua anima capax gratiæ diuinæ reddatur, & anſa miniſtretur Deo, vt is noſtri miſereatur. Illud ipſum eſſe conuincunt verba, quæ proxime antecedunt hunc locum Ioannis, nimirum hæc. Aemulare ergo, & age pœnitentiã. Agere itaq; pœnitentiã antea ctæ ſceleratæ vitæ, adeo nõ inſequitur

Apoca. 3. Præparatorium opus ex Ioanne.

iustificationē, vt sint, q̄ id imperite asseue
rare ausi sunt, vt illā anteuertat, & ei sene
strā aperiat, tātū abest, vt sit op' aut vitio
vertendum aut inane, q̄d quibusdā sciolis
est p̄suasū. Verum hactenus de Augu. sē-
tētijs. Núc audiam' quid de hac re sensit
Ambrosius lib. 7. in Luca ca. 15 D. Ambrosi'. Is sic inquit. De' facile recó
ciliatur, quando impense rogatur. Pater
(inquit filius prodigus) peccaui in cœlum
& coram te. Non sum dignus vocari filius
tuus. Ambrosius. Deiectus enim se exalta
re non debet, vt merito suæ humilitatis
possit attolli. Idem in Lucæ. 6. Beati mise
ricordes &c. Tu ergo misericordiam se-
quere, vt gratiam merearis. Rursus idem
loquens de latrone, vna cum Christo in
To. 3. Ser mone. 44. & 45. crucē sublato, sic inquit. Deinde illud ad
gratiā eius maioris est meriti, quod Chri
stum in cruce positum credidit. Item ait·
Plenioris est meriti, veniā speraſſe de Do
mino, quam culpam contraxisse de mun-
In Ca. 22 Luca do. Adde his, quod idē de Petro scribit.
Lachrymæ veniam non postulant, sed me
rentur. Et tu si veniam vis mereri, dilue
culpam tuam lachrymis, eodē tempore,
eodem

eodem momẽto, reſpicit te Chriſtus · Idẽ lib.1.Cap.19.Offic.dicit, Quo quis plus defert verecundiæ de peccati recordatione, eo vberiorem meretur gratiam. Hæc diuus Ambroſi⁹, & complura his ſimilia, quæ data opera prętereo, ne nimis ſim prolixus, in re preſertim doctis omnibus, qui ſaltem pie ſentiunt de re Theologica, lõge clariſsima, & perſuaſiſsima. Ab his nec abludit. D. Hieronimus in compluſculis opum ſuorum locis, ex quibus perquã pauca in præſentia citare huc mihi eſt animus. Primo interpretãs Caput Danie. 4. ſic ait. Ad preces Ezechiæ, & Niniue, Dei ſententia commutata eſt, non vanitate iudicij, ſed eorum conuerſione, qui meruerunt indulgentiam. Item libro.2. aduerſus Iouinian. inquit. Cornel. Centur. vt ſpiritum ſanctũ acciperet ante baptiſma, eleemoſynis meruit crebriſq; ieiunijs. Rurſus lib. quinto. Commẽta in Eſaiã Ca.16. Vis ſaluus eſſe, & Dei miſericordiam promereri? In clara luce & aperta fuga populi mei, tu quaſi nox, & vmbra eſto, ſuſcipe fugientes, vagoſq; ne prodas. Mittam

Vide eum in.1.cor.7

Hieroni.

multos hoc gen' locos, quos obuios in Hieronimo facile reperies. Basilius hanc sententiã suo candido signat calculo dicens. Circa horam tertiã, quando datus est spiritus sanctus, orandum est nobis, vt digni fiamus & ipsi susceptione sanctificationis. Vides ne hic assertum opus præparatoriũ ipsam nimirum orationẽ, qua digni efficimur ex cõgruo gratia sãctificãte? Ab hac quoq3 sententia Hilarius ne transuersum (quod dicitur) digitum recesit, vt qui sic habet. Accipiẽtes Christum sub fidei suæ merito, in filios Dei profeciſſe cognoscit Ioãnes, dum inquit. Dedit eis potestatem filios fieri &c. Audis ne, lector pie, D. Hilarium adstruere fidei merito homines efici filios Dei per gratiã iustificãtẽ? Approbat idẽ Saluianus dicens. Dauid per suffragia iusticiarum suarum, æternã pro suis offensis pœnã cõmeritus, per vnã tantum cõfessionem meruit euadere, nimirum hanc, Peccaui Domino. Nec istud displicet Boẽtio, qui floruit. Anno. D. 520. qui ait. Iustæ humilitatis precio, inæstimabilẽ vicem diuinę gratię promeremur. Nec Erasmo

Quæst. 37 diffuse explicata

Hilarius libro. 1. De Trini.

Ioan. 1.

Saluianus lib. 4.

Boethius lib. 5. Prosa. 3.

Rote-

Roter. q parum fauens assertiõi meritorum, sic habet. Popul' gẽtium fidei simplicitate ꝓmeruit remissionẽ oĩm flagitiorũ propterea hunc adduco, quo fidẽ meę sententiæ cõcilię maiorẽ, qđnõ ignorẽ, quãta illi' multis sit autoritas. Huc accedit & ꝑtinet D. Cypri. inquiẽs. Pœnitentiã ille agit, qui diuinis ꝑceptis mitis ac patiens, & sacerdotib' Dei obtẽperãs, obsequijs & operib' iustis Dñm promeretur. Ad hæc idem lib. 3. epist. 19. Hoc debemus oẽs esse, videlicet humiles, quieti, & trementes sermones Dei, tum eiusmodi illi esse debẽt, quibus laborãdum, vt post grauẽ lapsum, vera pœnitentia, & humilitate promereri Dominum possint. His finitimum est, qđ idem scribit epistola. 25. dicens de sacrificio cordis contribulati, & exhibitione corporũ nostrorum hostiã Deo &c. Hoc est enim, qđ ꝑcipue placeat Deo, hoc est in quo maiorib' meritis ad ꝓmerẽdũ Dei voluntatem opera nostra proueniant &c. Cyprianus lib. 4. epistola. 7. Aliter pectus abluitur credẽtis, aliter mens hominis ꝑ fidei merita mũdatur. Adhęc alibi sic habet

In luce cap. 7.

Erasmus

Lib 3. epist 18. & 19.

Psal. 50. Ro. 12.

Sic

Cyprianus Sermone de Christi passiõe

Sic latro in cruce confitens, non tantum indulgentiam meruit, sic Christi familiaris effectus, præmissus est in paradisum, & factus est particeps regni, per confessionem factus est collega martyrij. Vtinam hæc sanctissimi huius atq; doctissimi martyris verba velint introspicere diligentius, qui tantopere abhorrent à vocabulo meriti de cõgruo, perinde ac si illud esset nuper inuentum à scholasticis, & scripturis sacris aduersaretur. Nam si id facere non recusarent, nihil dubito, quin sententiam mutarẽt suam quàm libentissime, nisi mauelint fastuose & arroganter nimis suum ipsorum iudicium istius iudicio ante ponere, & eius autoritate, quam doctissimus quisque maximi ducit, spreta & reiecta, suam nobis velint obtrudere sectandam. Quod quàm turpiter, & quanta impudentiæ, ne dicam, impietatis nota, quæ illis hoc nomine merito inuretur, sint facturi, quis non clare videat? Verum præstat hæc mittere in præsenti, & ad Tertulliani aliquot loca excutienda pedem conferre, qui hæc habet. Achab rex maritus Iezabel

Tertul. li. 4. aduer. sus Marcionem.

Iezabel, reus idololatriæ, & ſanguinis Nabuthæ, veniam meruit pœnitentiæ nomine. Quid potuiſſet dicere luculentius aduerſus ſolius fidei aſſertores, & eos qui diſſitentur meritum de congruo? Nonne debeat illos pudere, ſuam ipſorum ſententiam iſtius, immo omnium orthodoxorum autorum, tum veterum, tum neotericorum iudicio præponere, & vt ab alijs quoque vt anteferatur, nullum non motitare lapidem? Quis tam propudiam, & impudentem ferat arrogantiam? At audi rurſus Tertullianum hoc modo efferentem. Spadones gratiam meruerunt inuitati ad regna cœlorum, ſepulta lege ſuccedendi in matrimonium fratris &c. Ad hanc formã & illud attinet Tertulliani. Diximus de remiſſa peccatorum. Illius peccatricis fœminæ argumentum eo pertinebit, vt cũ pedes Domini oſculis figeret &c. & vt peccatricis pœnitentia ſecundum creatorem meruerat veniam. Origeni quoq; nõ diſplicet hæc noſtra ſententia, vt qui ſic ait, diſſerens qualis nam fides Abrahamo fuerat ad iuſtitiam imputata. De filijs Iſrael

Tertullianus de Monogamia.

Lib. 4. aduerſus Marcionem.

Origenes In ca. 4. ad Romanos.

rael ſcriptum eſt, quod crediderunt Deo, & famulo eius Moſi, nec tamen additur, quod de Abraham ſcriptum eſt, quód reputatum eſt illis ad iuſticiam, ob hoc arbitror, quód non illis erat, ſicut Abrahã docuim⁹, ex multis fidei partib⁹, in vnum co aceruata perfectio, quę mereretur ad iuſticiã imputari. Hæc ille, indicans, pellucide ſe perſuaſum habuiſſe Abraham per fidẽ ſuam conſummatam omnibus (vt aiunt) numeris meruiſſe iuſtificationem. Cumq3 hoc ille ſcriptum reliquerit ante hanc ætatem noſtram plus minus. 1370. annos, liquidius conſtat meritum congrui, nec recens eſſe, nec à ſcholaſticorum profectum officina, licet illud aſſerere quoſdam perfrictæ frontis homines nihil pudeat. Ad hæc idem Origenes libro quarto in epiſtolam ad Romanos ſic habet. Vide ſi forte poteſt iſte ordo in anima vna eademq3 intelligi, vt quia initium conuerſionis animæ eſt mala derelinquere, ꝓ hoc iniquitatum remiſsionẽ accipere mereatur. Item Deo credidit Abraham, ac iuſtificari meruit. Rurſus ſi hi, qui ex lege ſunt, ipſi hæredes

rédes erunt repromiſsionis illius, quàm per fidem meruit Abraham, euacuabitur illud, quód ex fide iuſtificatus eſt Abraham. Certum eſt enim, quod ſi ex lege Moſi præſtatur hæreditas, vt euacuetur illud, quód ſcribitur Abraham fidei credulitate meruiſſe. Adde his & illud eiuſdem. Hæc eſt gratia, quam inuenire ſicut theſaurum magnum meretur, ſi quis beatus eſt. Hãc Noë Ioſeph & Moſes inuenerunt. Hæc apertius ſtatuunt meritum, quod vocamus, de congruo, quàm negarii id poſsit à quoquã non omnino indoćto, aut propudio, & neſcio pudere. Quamobrem nequeo ſatis demirari Lutheranorum imperitam cæcutientiam, & cæcutientem imperitiam, qui tantopere abhorrent ab hoc genere meriti vel nomenclaturæ auditu, peius eam odientes cane (vt dicitur) & angue, tanquàm nuperam, ac ab officina ſcholaſticorum profectam, cum conſtet antiquiſsimos, atque optimos quosque ſcriptores latinos ſimul & græcos de illa identidem meminiſſe.

Suffra-

Suffragatur his D. Cyrillus lib. 3. in Leuiticum, mutuo ex Psalmo petito testimonio hoc. Dixi pronuntiabo aduersus me iniusticiam meam, & tu remisisti impietatē cordis mei Psal. 31. Vides ergo (inquit Cyrillus) quód pronuntiare peccatum, remissionem peccati meretur. Hæc ille. Docet ne hæc illius sententia, opus aliquod esse meritorium de congruo diuinæ gratiæ, at que ad eam suscipiendam præparatorium animę hominis? Audi rursus eundem inquientem. Sed & vos, qui sacrum baptismū desideratis accipere, & gratiā spiritus sancti promereri, prius debetis ex lege purgari, prius debetis, audito verbo Dei, vitia belluina resecare, & mores barbaros, ferosq3 componere, vt mansuetudine, & humilitate susceptā, possitis etiam gratiam spiritus sancti capere. Sic enim dicit Dominus per Prophętam. Super quem requiescam, nisi super humilem, & quietum, & tremētem sermones meos? Hęc ille. Quid, quód Dionysius ille Ariopagita Pauli discipulus idem aperte scriptum reliquerit dicens. Homo dimittendo & dādo, meretur sibi

Lib. 6. in Leuitic.

Esa. 66.

ſibi remitti debita reddiq3 promiſſa. Item ait. Raab per opa miſericordiæ, & officium hoſpitalitatis cum periculo vitæ ſuæ, Dei famulis exhibitum, meruit à peccatis iuſtificari. Rurſus ſic habet. Iob promeruit iuſtificari, vt innocentiæ tenax. Iam forte mihi obieceris illud Auguſtini, Non vt ferueat calefacit ignis, ſed quia feruet, ideo calefacit. Nec ideo bene currit rota, vt rotunda ſit, ſed qa rotunda eſt. Sic nemo propterea operatur, vt accipiat gratiã, ſed quia accepit. Ad Simpli. Lib. 1. q. 2. Nemo meritis bonorum operum priorũ, arbitretur ſe peruenire ad donum iuſtificationis, quæ eſt in fide, Lib. 83. q. 76. Opera legis ſequuntur iuſtificatum, nõ præcedunt iuſtificandum. De fide & operibus Cap. 14. Iuſtificamur gratis, nullis noſtrorũ operum p̃cedentibus meritis, alioquin gratia nõ eſſet gratia. De ſpiritu & litera Cap. 10. & 26. Iuſtificatiõem opera nõ antecedunt. Hæc & eiuſmodi alia loca, quæ ex diuite operum D. Auguſtini penu proficiſcuntur, non aliud docent quàm quód opera non mereantur gratiam de condigno, & ex

De Eccle. Hiera. ca. 7. parte. 3.

Dionyſius ad Demophilum.

no, & ex ſua natura, de congruo, & ex Dei benignitate, liberalique promiſsiõe, ſunt tamen merita gratiæ, & iuſtificationis. Deinde nota Auguſtinum loqui de operib' & meritis noſtris, id eſt, noſtris viribus ſoloque libero arbitrio ſine vllo gratiæ Dei adiutorio præſtitis, quæ indubie nihil conducunt ad iuſtificationem obtinendam. Niſi enim hęc commoda interpretatio acceſſerit his, ſimilibusq; Auguſtini ſententijs, neceſſe fuerit fateri illum pugnantia loquutum, & ſcripſiſſe ex diametro diſsidentia, vt qui ſubinde aſtruit hominem, improbum adhuc, mereri gratiam, & iuſtificationem, quemadmodum ſupra multis docuimus, quod liquet ex his quoque illius verbis. Præcedit in peccatoribus, quo quamuis nondum ſunt iuſtificati, digni efficiantur iuſtificatione, lib. 83. queſt. q. 68. Sic intelligẽdus eſt D. Ambroſius vel potius Proſper dicens iuſtificationem, quæ per gratiam fit, ſi meritis deberetur præcedentibus, non munus largientis, ſed mercedẽ eſſe operantis. Audij Oxonię intra non ita multos menſes, Petrum

Lib. 1. ca. 9. de no. gentium.

quen-

quendã martyrẽ in ſtipato ac populoſo eruditorum virorum conſeſſu, aſtruentem opera, quæ iuſtificationẽ hoĩs anteuertãt, eſſe omnia vitia & crimina, & tamen his vti Deum, vt homini ignoſcat ſuas noxas. Qui tandem, quo illud ſuaderet dogmatis, Paulinum illud, Propter quẽ omnia detrimentum feci, & vt ſtercora arbitror, vt Chriſtum lucrifaciam &c. adduxit. Quis adeo eſt patientibus auribus, vt queat hãc inſcitiam ferre? Puduiſſet ſane eum, ſi non fuiſſet propudius, & pudere neſcius, hunc Pauli cõtextum coram viris illis, qui tunc aderant, quibuſq; vix dignus eſt, qui vel matulã porrigat, illo detorquere, cum nihil minus ſenſerit Paulus, quã qđiſti ardelioni venerit tunc in mẽtem, nobiſq; velut genuinum loci illius ſenſum obtrudere conatus fuerit. Nã nemo adeo cæcutit, vt nõ clare cernat, quo cõiecit ſuos oculos Apoſtol', quidue eſt intuit', cũ dixerat ſe oĩa ęſtimaſſe detrimẽtũ & ſtercora, quo Chriſtum lucraretur, nẽpe reſpexiſſe Iudaicas gloriatiões (vt inquit Chryſoſt. ſiue quę à natura, ſiue à ꝓpoſito erant. Duxit itaque

Pau

Lege D. Hiero. in Esaiam cap. 64. qui eũdem Pauli locũ De Iudaeorum rituum obseruatione quæ fieret post Christi mortem intelligit

Paulus pro damnis & reiectamẽtis, quód fuerit Hebræus ex Hebræis, quód circũcisus die octauo, Israel ex genere, tribus Beniamin, iuxta legem Phariſæ⁹, iuxta ſtudium perſequens Ecclæſiam Dei, iuxta iuſticiam, quæ in lege eſt, irreprehenſibilis. Hæc veluti damna & reiectamenta habuit Paulus, vt poſt quorum catalogum, ac recenſionem mox adpingit, in ipſo iſtius loci contextu. Sed quæ mihi lucra erãt, ea propter Chriſtum arbitratus ſum eſſe dãnum &c. Vides idcirco, candide lector, quàm pudendus, quàmqué craſſus ſit hic viri hui⁹ error, dum conatus fuerit perſuadere ex illo Paulino, omnia hominis iniuſti opera eſſe peccata proprie. Nam quis adeo ſtupido eſt ingenio, vt ſic colligat. Paulus duxit prærogatiuas Iudaicas iſtas, quas ſupra recenſuimus, ac Moſaicæ legis iam tum antiquatæ & abolitæ cæremonias, pro damnis, & reiectamentis, ergo opera omnia improbi hominis, quæ iuſtificationem anteuertant, in crimen ſunt vertenda? Ipſa etenim Leberyde, & cæcitate cæciorem oportet, cui collectio illa adblãdiatur.

diatur. Impij enim multa habẽt opera ex fide bona. Et vt compendio diſſeramus de timore ſeruili, qui iuſtificationẽ anteit, non fuerit ab inſtituto alienum, nec lectoribus inutile futurum, quippe quo liquidius queat conſtare, quàm fœde lapſi ſunt, q̃ contẽdunt, quicquid operis remiſsionem admiſſorum anteit, vitio dandum eſſe, atque proprie noxium eſſe, tantum abeſt, vt illiuſmodi opera quicquam adferant momenti, ſeu adiumenti ad hominis iuſtificationem. Nemo poteſt inficiari timorẽ ſeruilem, quo à deſignandis patrandiſq; flagitijs abſtinemus, ne pœnas Deo pendamus, iuſtificationem hominis, atque adeo admiſſorum cõdonationem antecedere, & proinde ſi conſtiterit, hunc non modo non eſſe crimini dandum, ſed cõferre quoque nõnihil ad remiſsionem peccatorum, quiſquis diuerſum habet perſuaſum, facile vela vertet, ac errorem ponet, niſi præfractior, atq; peruicatior fuerit quiſpiam, de cuius ſalute conclamatum eſſet, nec ſpes vlla relicta. At auſpicabor tandem. Eccleſiaſticus ſic habet. Timor Domini expellit Cap. 1.

peccatũ. Arrige aures Lutheriſta, qui cõtẽdis timorem ſeruilem inutilem eſſe, aut peccatum, vt qui fidem iuſtificantem anteuertit. Nunquid id aut inutile, aut peccatum dici debet, vel poteſt, quod peccatum ex anima hominis peccato obnoxij, eijcit, exigit, & profligat? Audi eundẽ ſic effantem. Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Sermo ergo illi eſt de iniuſto iuſtificãdo, nõ de iã iuſto, vt ſenſus eſſet, illum non poſſe iuſtificari, hoc eſt, iuſtiorẽ euadere (vt multi perperam interpretantur) & in ſua iam imbibita edurare iuſticia, abſque timore caſto & ſancto. Iam nunquid poteſt eſſe peccatum, aut infrugiferum qđ expellit peccatũ, & ſine quo nemo poterit iuſtificari? Poteſt ne homo iuſtificari ſine quouis peccato, aut re ad id parãdũ inutili? Adde his, quód Timor ſeruilis eſt initium ſapiẽtiæ, & principium dilectionis, Eccle. 2. & proinde non eſt proprie culpa, ſeu inutilis, vtcunq; anteit iuſtificationẽ. Qui timet Deum (inquit Eccleſia.) cõuertetur ad cor ſuum. Reuincit ne iſtud timorem ſeruilem non eſſe aut vi

Cap. 25.

tium

tium, aut nihil adferre adiumẽti ad iuſtificationem, quæ fit per conuerſionẽ hominis ad ſuum ipſius cor? Ab iſtis non abhorret Dauid propheta inquiẽs. Miſertus eſt Dominus timẽtibus ſe, ac illud Mariæ. Miſericordia eius à progenie in progenie timẽtibus eum Nã hæ ſentẽtię ſatis dilucide & efficaciter oſtendunt diuinã miſericordiã homini cõtingere per timorẽ, nedum per fidẽ, vt ſplendide mentiuntur Lutheriſtæ. Eodẽ quoq; pertinet qđ D. Aug. aſſerit, timorẽ inducere in animã hominis charitatẽ, vs ſeta ſutoria filum infert, timorẽ præparare locum charitati, deniq; non eſſe quo intret mentẽ hominis charitas, ſi defuerit timor hic ſeruilis. Nõne itaq; pudere debet Lutherum, & ſuos cõſectatores, aſtruere timorem hunc peccatum eſſe, nedum inutilem, quód fidem iuſtificantem anteuertat? Poſtremo qui fieri queat vt id ſit aut peccatum proprie, aut certe infrugiferum, quod Chriſtus fieri iuſſerit, dicens. Timete eum, qui habet poteſtatem deturbandi corpus, & animam in gehennam ignis? Mitte ergo ó bone

Pſal. 102. Luce. 1.

Tracta. 9. in Ioan. cano. 1.

Matth. 10

has frigidas, immo impias potius nugas, & cum pijs ecclesiæ Christi proceribus, agnosce, & cole ipsam in hac re veritatem, ne tandem exoluas pœnas Deo iudici ineluctabiles, atq; nunquàm desituras. Verum de his satis in præsentia. Nã de hac re fusius & accuratius disserui peculiari libello, quẽ nuper scripsi aduersꝰ Sydallum quendam Anglum, ac Oxonien-sem Suuinglianum, qui animo plus quàm hostili, veterem Christi propugnantes religionem, persequitur. Deus ei mẽtem impartiat saniorem. Id quod ex animo indesinenter opto eiusdem notę prę sulibus, ac coryphæis Oecolampadij mystis, ne pergant se ac alios tanta cæcitate, aut vt verius dicam, malitia perditum ire. Sint hæc dicta pro assertione meriti ex congruo, quod nuperum & recẽs excogitatum quis astruxerit posthac, cum viderit illud vel apostolorum Christi temporibus fuisse vsurpatum? Iam ad reliqua properabimus ostensuri, pœnitentiam atque quibus ea paretur, confessionem, orationem, eleemosynam, ieiunium, timorem, spem, & id

genus

genus alia Dei gratuita dona, esse necessaria ad hominis iustificationem, vt per quæ, nedum per fidem, præsertim quã nuper de suo commenti sunt quidam, homo & potest, & debet iustificari. Nam crassissimus pariter ac luculentissimus est illorũ error, quibus persuasum est, adeo fide sola reddi hominem iustum, vt nulla re alia iustificetur, & vt pœnitentia nõ anteuertat iustificationem & remissionem peccatorum, sed illam insequatur. Id quod quisquis asserit, suam manifeste prodit inscitiam, eo quod id quid aliud esset, quã curatis vulneribus medicinam adhiberi? Sed age texatur hæc tela, proximumque tandẽ auspicemur caput, pœnittẽiæ cõmodacõgesta lectori cãdidiori deferẽs, vt liqueat hanc pœnitẽtiã nõnihil cõducere ad hois iustificationem, non vt meritum condignum, sed de congruo tantum. Nam nõ docemus hominem condignis bonorum operum meritis iustificari coram Deo, nec oppressa Christi fide, nostris actiõibus adscribim' iustificationẽ, licet id nobis falso & impudẽter impingit Aepinus in Psal. 19

De Pœnitentia, seu contritione differens diffusius, vt nemo sit, qui non videat quàm hæc ad iustificationem hominis sit necessaria, ac cõmoda, vt op' prępa ratorium quoddam, nisi is, qui optat in luce caligare, & velit ad ipsam veritatis lucem vel conniuere potiùs, quàm aperire oculos, vt illam conspiciat, ac conspectam amplectatur quales multi sunt ex meis cõterraneis, Anglos dico.

NIHIL crebrius inculcatur in sacris ipsis volumi nib', optime Lector, quã contritio, & pœnitentia, citra cuius interuentum nulla potest esse salutis spes, nulla iusticia, quãtumlibet credat ho mo. Id agnouit tandẽ Bucerus, vt qui sic habet. Nemo potest remissionẽ peccatorum in Christo apprehẽdere, nisi quẽ pec catorum pœniteat, qui timore iudicij perculsus sit, ac nouum Dei figmẽtum ad bona opera. Hoc quomodo cõsistat cum solius fidei assertione, equidẽ nõ video. Cæterum

Lib. de iustificatione aduersus Pighium

terum pœnitentiã conducere ad iuſtificationẽ hominis nõnihil, is ſolus negat, qui rudis eſt omnino, & indoctus ſacrarum literarum, aut certe impie doctus. Id quod quã ſit verum, mox manifeſtum erit. Sunt (vt dixi) quos non puduit aſſeuerare corã populoſa doctorum virorum contione, pœnitentiã anteactæ turpiter vitæ, adeo nihil momẽti habere ad iuſtificationẽ hominis, vt illam ſubſequatur omnino, vt effectus eius, nõ antecedat tanquã cauſa aliqua. Hic error multo eſt cum luculenti- or, tũ vero craſsior, & rudior, quã vt in eo refellẽdo multus eſſe operæprecium dux erim. Illo enim Chriſti ꝓnuntiato cadit. Nõ egẽt, qui ſani ſunt medico, ſed q̃ male habent. Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitẽtiã. Explicare verba hæc, vt videãtur explodere prorſus hunc errorẽ, qd aliud arbitrarer eſſe, quã ſolẽ facib⁹ illuſtrare conari? Cęterum quid his immoror? Ad id, quod eſt huius cauſæ caput, propius accedamus, oſtenſuri ſine pœnitentia, adeoque ſine cordis contritione quadam, neminem poſſe ad iuſtificationis gratiam

Lutherani tandẽ, ut habet illorum confeſsio, faſsi ſunt pœnitentiam neceſſario debere præcedere remiſsionem peccatorũ.

gtatiam attingere, vtut quibuſdam libet luæ ſolius fidei nomine ſe venditare. Primum ſcripturæ locos, qui mihi ſuffragari cernentur, deinde, doctorum ſententias depromemus. Quod autem ad ſcripturæ attinet teſtimonia non ero prolixus, ſed illa veluti in quēdam cōtuliſſe catalogum, & lectorem de his vel commonuiſſe, ſatis mihi impręſētiarum erit. Proximum enim caput maxime idoneorum & probatorū interpretum enarrationes his adnexas lectori pio aperte ſatis dabit. Quorſum attinuiſſet peccato obnoxios pellicere & extimulare ad pœnitendum, ſi nihil adfert pœnitentia adiumenti ad hominis iuſtificationem? Ioēlis cap. 2. ſic habemus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, fletu, & planctu, ſi iuſtificatio eſſet tam parabilis, vt ſolum credētibus ſua ſcelera propter Chriſtum remitti, ſtatim contingat? Quamobrem tunc opus fuiſſet prophetæ, immo Deo potius ore prophetico, nos admonere, vt ſcindamus noſtra corda, & conuertamur ad Dominum Deum noſtrum, quia is benignus eſt, & miſeri cors,

Nam hæc ſunt illius verba, chriſtus complectitur ſummam euangelij, cum Lucæ ult. ait, prædicari in nomine meo penitentiam et remiſſionē peccatorū inter omnes gentes. Iſtius pessus errant, qui aſtruunt penitentiam ſequi debere condonationem admiſſorū non anteverte. Ioelis. 2.

Hiero. de filio prodigo. confida

cors, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis sup̱ malitia? Annõ hæc op̱ari oportet, diuino iussu, & hinc expectare ad missorum veniam? Num illud voluit Deus per hunc prophetam sic nobis loquens? Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Tibi itaque conuertenti te in toto corde, &c, Deus ignoscit, & impartitur gratiæ benedictionem aduersus peccati maledictionem. Quur ergo inficiaris hominem ope & subsidio pœnitẽtię iustificari a Deo, sed tantum fidei interuentu id fieri contendis? Cum fidei adscribitur iustificatio, protinus exilis præ gaudio clamitans plusqúã Stentorea voce, sola tua, nescio qua, fide hominem abs deo iustificari. Cur non clamas hoc subnixus loco, vbi ne verbum quidem vnum fit de fide, sola cõuersione cordis, ieiunio &c, fieri iustificationem? Hic ilico pisce magis mutus eris, nihil omnino habẽs in procinctu, quod respõdeas, nisi p̱rexeris tergiuersari, & tuis somnijs veritatem eludere. Age itaque p̱grediamur ad plurium locorum recensio

mus igitur & nos uiuere posse per penitentiã qui fueramus mortui per delicta

nem

nem, quo retundatur penitus, atq; mentibus hominum eximatur, funestus iste error, quo nihil vel cogitari potest animamabus nostris exitiosius. Quē latet Niniuitis auxilio fuisse opera pœnitentię, qui legerit absq; affectu improbo, quód Deus viderit illorum opera, & misertus sit illis. Non ait propheta, vidit Deus solam fidē illorum, & misertus est illorum, sed opera. Desine igitur aduersus hæc tam perspicua frustra certare, dum soli cuidam fidei priscis inauditę sęculis, iustificationem totam fers acceptam. Si soli fidei, qua certo statuas peccata ignosci, teq; in gratiam recipi propter Christum, adscribenda sit iustificatio, incassum, immo falso dixisset autor libri de sapientia, Tu omnium misereris, quia omnia potes, dissimulās hominum peccata propter pœnitentiam. Ast quid est Deum dissimulare peccata hominum propter pœnitentiam, si non sit eum illa non imputare nobis, nolleque, vt demus illi pœnas eorum nomine, quia nos pœnitet admissorum? Tu ais Deum noxas nobis ignoscere propter solam fidem, & spi-

ione 3.

Ioen. Aepinus in Psalm. 19 indocte, ne dicam impie asserit Ioelis sententiā, de qua supra meminimus ac hanc Ionæ de præmijs loqui legis non de misericordia Dei, qua per euangelium orbi terrarum offertur in chri

& ſpiritus ſanctus, à quo omnis veritas, & ſine quo nulla à quoquã prodit, aſſerit Deum propter pœnitentiam hominum, illis remittere ſcelera, non propter ſolam fidem. Vtri tutius credemus, tibi ne homini mendaci, an ſpiritui omnis veritatis autori? Quorſum attineret vt ſpiritꝰ ſanctus toties adhortaretur, vt conuertamur ad Deũ, quo ille ad nos cõuertatur, ſi ſine noſtra conuerſione atque pœnitentia per fidem ſolam Deus ignoſceret nobis? Nonne ait Deus per Hieremiam cap. 15. Si conuerteris, conuertam te? Quid his verbis aliud vult Deus, quàm vt peccatori iã Dei quadam gratia gratis data veluti illuſtratus & ab eo adiutus pœniteat, ac ſe ad Deum conuertat, qui erat antea auerſus per peccatum? Non ſum neſcius Deum per illius gratiam anteuertere noſtram pœnitẽtiam, alioqui nequiremus vnquàm ad eum conuerti, & ideo propheta Hiere. immo Deus dixerat. Si cõuerteris, cõuertam te, poſtea dixit. Cõuerte me Domine, & cõuertar, quia poſtquã cõuertiſti me, egi pœnitentiam. Deus ſtat ad oſtium pulſãs, hoc

ſto ad animarum ſalutem, ſed aſſerit tãtum. Sapien. 11

Pſalm. 89 Eſaie. 21. Eſaie. 45.

eſt

est, tundit hominis cor, mentemque pelli cit, vt pœnitentiã agat, si is Dei auxilio au dierit vocẽ eius, id est, senserit illius instin ctum ad gratiã suscipiẽdam, & ianuã cor-

Quid est contritio vel resipiscentia,

dis aperuerit, id est, se aptum atque idone um vas Deo adiuuãte effecerit gratiæ in-fundendæ, intrat Deus per gratiam alio-qui nõ ingressurus. At quid, inquies, appel las tu contritionem, seu pœnitentiam? Il-lud, quo quis, agnoscens se in Deum vel proximum peccasse, tangitur ob id pœni tudine, atque aĩo mœsto & afflicto effla-gitat sibi remitti flagitia sua p̃ misericor-diam Dei propter Christi mortẽ. Resipis cit enim (inquit Lactantius.) quasi suam

Lib. 6. de vero cultu cap. 24.

mentem ab insania receperit, quem erra-ti piget, castigatq; seipsum dementiæ, & confirmat animum suum, ad rectius viuẽ-dum: cum idipsum maxime cauet, ne rur-sus in eosdẽ laqueos inducatur. Verũ præ stat hæc transire, & ad recẽsionem locorũ é scripturis depromendorum me recipe-re. Esaias satis dilucide ostendit pœniten-tiæ tum vtilitatem, tum necessitatem

Esaiæ, 55.

dicens. Quærite Dominum, dum in-ueniri

ueniri poteſt, inuocate eum, dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitatiões ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam mult' eſt ad ignoſcendum, vel, vt habent. 70. interpretes. Quia multum dimittet peccata veſtra. Quis non clare hic cernat pœnitentiam non modo anteire remiſsionem peccatorum, (vt exorbitare ſit neceſſe, q̃ dicant inſequi tantum) ſed conferre etiam plurimum, vt Deus nobis noſtras condonet noxas, nosq̃ iuſtos ex iniuſtis reddat, tantum abeſt, vt aut pœnitentia hæc, & quæſitio Domini, inuocatio illius, &c. ſint peccata ſeu opera inania, aut vt vniuerſum humanæ iuſtificationis negocium ſoli fidei tribui poſsit, vt illa ſola per ſe habeat rationem iuſtificandi. Mutea igitur ſententiam in diuerſum, & funem reduc, vt eſt in veteri adagione, quiſquis tã indocto & pernitioſo diſtineris errore, ne tandem in vltionem tui errati præceps detrudaris in mentem reprobam, vnde te niſi ęgerrime nunquam exolues. Sed audi D. Hieronymi

Hieronym. nymi ediſſerentem prophetæ verba. Nec ſatis eſt (inquit) quærere Dominum, & dũ tempus eſt pœnitentiæ, illum inuenire, atque inuocare eum, dum prope eſt, niſi reliquerit impius vias ſuas priſtinas, & cogitationes antiquas, quibus à Dño declinauerat. Tunc enim reuertetur ad Dominũ, qui miſerebitur noſtri, & ad clementiſſimum patrem, qui multus eſt in miſerationibus, & facilis ad ignoſcendum, cum cogitationes, & vias priſtinas reliquerimus (non cum ſolum crediderimus) vt poſtea mereamur audire. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tũc tecta ſunt peccata. Hæc D. Hieronymus tam fortiter & ſtrenue decertans aduerſus ſolius fidei hæreſim, ac ſi id feciſſet ex profeſſo, & deſtinato. Lutheranis expedita & facilis eſt via ad iuſticiam, & admiſſorum remiſſio per ſolam fidem admodum parabilis, ſed prophetæ immo Dei ipſius loquentis per prophetam, & Diui Hieronymi interpretis eius ſententia, ardua, difficilis, & multo ſudore conficienda. Videte ergo, optimi lectores, ne iſtorum blandis adulationibus

Meritum congruè ſtatuitur.

lationibus verba dẽtur nobis. Dulcia polli
licẽtur, ſed q̃ plus aloẽs quã mellis habere
ſero cõperies, ſi illis adhibueritis fidem.
Melle litus eſt hic gladi', aut potius letale
mulſum & mellitũ venenũ. Iucunda in frõ
te ſunt, quę iſti docẽt, ſed in receſſu inue-
niẽtur p̃nitioſa admodum. Sed quo feror,
p̃miſſæ breuitatis oblitus? Me recipiã à di
greſsiuncula hac ad ipſam rẽ quã inſtitui
lectorib' explicatiorem dare. Clamat ne
Deus per Hier. dicẽs. Cõuertimini ad me
filij reuertẽtes, & ſanabo auerſiões ſeu cõ
tritiões veſtras? Si op' ſit noſtra cõuerſiõe
ad Deũ, vt is noſtrarũ mẽtium vulneribus
medeatur, nosq̃ morbis leuet animi, id ſo
la fide fieri nemo cordat', niſi cęc' ſit, dix
erit. Huic confine eſt & illud Ezechielis. Ezech. 33.
Si dixero impio morte morieris, & is ege-
rit pœnitentiam de peccato ſuo, fecerit
iudicium, & iuſticiam, pignus reſtituerit,
rapinamq̃ reddiderit, in mandatis ambu
lauerit, nec fecerit quicquàm iniuſtum, vi
ta viuet, & non morietur, omnia peccata
quæ peccauerit, non imputabuntur illi, iu
dicium, & iuſticiam fecerit, vita viuet.

Cerni

Cernimus hic Deum exigere plura, vt is non imputet nobis noſtra flagitia, vtque vita potiamur, nullam interim mentionē de fide in Chriſtum facta, tantum abeſt, vt Deus non aliud quicquàm à nobis exigat, quo cum illo redeamus in gratiam, iſque nobis ignoſcat, quàm vt in Chriſtum credamus, aut ſtatuamus noſtras culpas propter eum nobis gratis remitti. Alienaeſt hæc doctrina quàm lōgiſsime à doctrina Dei per prophetas alioſque ſcriptores ſacrorum voluminum prodita. Alieniſsima eſt à patrum cum doctiſsimorum tum optimorum doctrina, quēadmodum capite proximo patefiet omnibus. Fuit ne quiſquàm ex illis, quorum vet⁹ & nouum inſtrumentum meminit, citra pœnitentiam iuſtificatus ſola fide? Achab, Manaſſes Dauid, Ezechias, Raab, Niniuitæ, Maria Magdalena, Publicanus, Petrus, & reliqui omnes, quos à relapſu ſeruatos eſſe cō ſtat, pœnitentiæ remedio & ſubſidio, potiti ſunt gratia & ſalute, vt proximum caput declarabit accuratius. Iam vero, ſi fide ſola acceſſus eſſet ad gratiá, quorſum illud

illud Ioannis Baptistæ. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum? Nunquid hoc modo parare Christo postea aduenturo præsternere viam volebat Ioannes hic illius dictus anteambulo & præcursor hoc potissimum nomine? Cur ad hæc tam conspicua oculos claudis, aut aduersus solẽ (quod aiunt) loqueris? Desine ergo tibijpsi ac alijs, in tuã hãc tam impiam concessuris sententiam exitium adscisc ere. Christ⁹ incassum, & veluti laterem lauans (vt habet adagio) hoc pacto interminatus est Iudæis, qui peccatis distinebantur. Nisi pœnitentiam egeritis omnes similiter peribitis, si fide sola in eum seruari potuissent? Indubie si credere dumtaxat sat esse conspicatus semel fuisset Christus, quo quis rediret cum patre suo in gratiam, is hoc dixisset, nec vnquã tanta vehementia ad resipiscentiam & vitiæ prioris emẽdationem fuisset adhortatus. Quorsum fidem cum pœnitentia conglutinatam contionaretur Christus ille õniscius, si solã fidem satis esse vidisset? Is enim sic exorsus est sacras suas contiones.

Matth. 3.

Lu. 13.

Marc. 16.

Pœnitemini,& credite Euangelio. Non ait primum credite ſolum remitti veſtra flagitia à Deo patre ꝓpter me, vosq; hoc pacto ab illo recipi in gratiam, & deinde reſipiſcite,ſed ante omnia pœnitẽtiam agite,& credite Euangelio,nõ veſtra peccata eſſe remiſſa propter me,ſed Euangelio,hoc eſt,læto cum primis, ac fauſto nũtio,quod admonet me hominẽ veſtra gratia effectum,obiturum mortem, quo vos ſeruemini &c. Iam operæprecium eſt,quæ Acta apoſtolica memoriæ reliquerũt, breuiloquentia quadam commemorare. Vbi ingens hominum cœtus,qui ad Petri cõcionem,denſim & velut globatim confluxit, aliquandiu verba Dei audiuiſſet,& trahens Deus tandem corda illorum adflauit ſuo numine,pelliciens ad pœnitẽtiam, atque illi, vt erant dociles, atque morigeri, illico compuncti ſunt corde his verbis, Petrum ac reliquos Apoſtolos compellantes. Quid faciemus viri fratres? Petrus reſpondit, non quod Lutherani obtrudunt orbi, credite tantum, & ſeruabimini, credite & fidite dumtaxat,

at, Christum in vestram gratiam subactũ in crucem, ac litasse patri, qui vobis propter illum, vestra statim remissurus est scelera, postquàm illud fieri solum credideritis, sed ait, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum, &c. Cernis hic lector Petrum exigere à nobis non pœnitentiam solum, sed vt baptizemur quoq3, quo remissionem admissorum cõsequi liceret. Id nunquàm feciſſet, si nec pœnitentia nec baptismus cõferrent quicquàm ad cõdonationem delictorum, aut si vidisset pœnitentiam sequi tanquàm effectum remissionis, nõ antecedere, vt causam illius, quod multi imperiti asserere nõ verentur. His accedit, quod idem Petrus dixit Actorum. 3. Pœnitemini igitut & cõuertimini, vt deleantur peccata vestra. Quid ais Petre? Nescis sola fide apprehendi Dei misericordiam, ac ignosci scelera? Ignoras pœnitentiam sequi remissionem delictorum, & quicquid fidem iustificantem anteit, aut vitio dandum, aut certe inane & superuacaneum habendum, vt qđ Actor. 3.

nihil omnino adfert adiumenti ad capeſſendam gratiam & comparandam iuſtici am? Si hodie ſuperſtes eſſes, auraq; veſce reris ætherea, Lutherus, diuinum illud or ganum, verusq; Daniel alia te imbueret doctrina, quam per eum mundo inuulga re iam ſeneſcenti viſum eſt illi. At mittam hæc, ne dicat quis me in re maxime ſeria iocis ludere, immo ſchommatis & lædorijs Lutherum petere, cum eſſet mihi ille potius ſcripturarum telis haud retuſis con fodiendus. Redeam ergo ad rem vel nunc tandem, & cenſebo rurſus Petri verba ex
Actorum codice, quæ ſic habent Simoni mago elata, vt is pœnitentia tangeretur, quòd voluerit mercari facultatem confe rendi ſpiritum ſanctum. Pœnitentiam ità que age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Hæc diui Petri verba tres ſimul errores funditus tollunt, quorum pri mus eſt, Cõtritionem, & orationem, quæ fidem iuſtificantem & charitatem præueniunt, eſſe peccata. Nam quis dixerit Petrum ſpiritu ſancto adflatum peccata cõmitti

Act. 9.

mitti voluisse iubere, tanquàm media & organa gratiæ conciliandæ? Secundus error est, Opera gratiam iustificantem antecedentia, quod genus sunt pœnitentia, & precatio, quæ hic fieri præcipiuntur abs Petro, esse opera inania, atque nihil penitus conferre ad gratiæ, & iusticiæ susceptionem. Hic error vt pudẽdus est cum primis, ita illi' assertores lachrymis sunt prosequendi, & deplorandi multo maxime, quippe quos non pudet, nec piget, astruere & tueri, illa ipsa opera ociosa esse, ac nihil omnino habere momenti ad hominis iustificationem, quæ spiritus veritatis ore Petri iusserit à Simone, homine scelerato fieri, quo gratiam Dei assequi liceret, atq; suorum admissorum indulgentiam. Quid istoc errato stupidius, crassius, indoctius, impientius, à quoquã vel dici, vel excogitari vnquam potuit? Demiror sane vehementer inueniri ingenia vlla tã retusa, & parũ fœlicia, vt cẽseant eiusmodi scriptores audiendos esse, aut sequendos, aut vt velint bonas horas, tam male collocare, vt horum volumina vel attingant. Tertius quò

us quoque error his D. Petri verbis refellitur, qui est, sola fide hominem sic iustificari, vt nec pœnitentia, nec oratio, quæ hic à Petro censentur commoda & vtilia esse instrumenta conciliandæ admissorum veniæ, quicquam penitus conferant, quo is euadat iustus, atque in album filiorum Dei adscribatur. Quo quid potest dici alieni' à veritate rei Theologicæ, aut pernitiosius Christianæ pietati? Aperit enim hæc doctrina senestram perquàm amplam, & patentem omnibus sceleribus, & nefarijs facinoribus. Quis enim non ilico, audita semel hac doctrina, sic apud se cogitabit, si sola fides satis sit ad iustificationem, si opera illam anteeuntia adeo nihil conferant, vt in crimen dentur, quorsum attinet Deum precibus sollicitare, ieiunare, eleemosynas erogare, timere Deum, restituere alienum, conuerti ad Deum, lachrymari ob delicta, &c? Nihil itaque magis in votis optimo cuique Christiano esse debet, quàm vt hoc dogma tam impium

impium, tamque morum candori, nedum fidei exitiosum, & funestum, quàm non temere aliud, penitus tandem extinguatur, vt ne vestigium quidem vllum illius resideat restetúe. Neminem enim esse arbitror, qui ibit inficias, pœnitentiam homini iustificando vtilem esse, qui legerit citra affectum quemuis improbum illud Actorum. Et gentibus dedit Deus pœnitentiam ad vitam. Hoccine est nihil conferre pœnitentiam, prouehere ad vitam? Quoties audis, iustum ex fide viuere, gestit animus gaudio, & ilico triumphum canis ante victoriam. At cum legis pœnitentiam esse agendam, quo viuas æternum, timendum Deum, vt vita potiaris perpeti illa, honeste factis excolendam esse animam, deique mandata obeunda, quo ad vitam aspires perpetuo eduraturam, protinus aut cæcutis, aut conniues, aut dissimulas, aut denique qua es dementia, seu potius malitia, prudens & sciens oppugnas ipsam diuinam veritatẽ, qđ scelus est in spiri

tum

Matth. 12 Cap. 20. Isti qui redempti sunt in quit diuus Arnobius in psal. 106. Nō per fidem solum, quam crediderunt sed per penitentiam perueniūt ad misericordiam redemptoris,

tum sanctum vix vllo expiabile piaculo. Verum progredior ad reliqua, ne cui sim mea prolixitate fastidio. Paulus alloquens Ephesi ciues (vt in Actis legimus) hæc dicebat. Vos scitis quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quo minus adnuntiarē vobis, & docerem vos publice, & per domos. Quid ó Paule? Solam ne fidem docuisti istos, vt iustificentur, & beentur æternum? Nequaquam, sed cum illa pœnitentiam coniunctam extuli, testificans iudæis (inquit) & gentibus in Deum pœnitentiā & fidē in Dominum nostrum Iesum Christum. Siccine contionaris Paule? Inscius es fidem solam ex se & per se citra vllius adminiculum, nedum pœnitentiæ, hominem iustificare? Ignoras opus quodlibet fidem anteuertens adeo non esse commodum ad parādam iusticiā, vt sit ociosum, imo peccatum? Per opus habes Luthero, aut Lutherano quopiam formatore, institutore, præceptore, vt ille te doceat magis compendiariam viam, atq; procliuiorem ad salutē, nimirum satis esse in Christum credere, vel fidere absq; omni hœsitatione

tatione, peccata esse remissa ꝓpter Christum, etiam si nihil insuper accesserit. Dispice lector, num fides ī Christum Iesum, quam Paulus pœnitentiæ adnexam testatur, se Ephesianis cōtionatum esse, sit illa specialis, aut particularis, quam Lutherani obtrudunt nobis credendam, atq; comperies indubie illam ab hac esse longe alienam. Quis enim ignorat aliud esse credere in Iesum Christum, quàm credere tua peccata esse remissa propter eum? Cæterum pergam, qua cœperam, ire via, si illud prius annotaro, Paulum hoc loco pœnitentiam fidei præposuisse, vt Christum Mar. 10. dicentē. Pœnitemini & credite Euangelio, non qđ ea oēm fidē antecedat, sed ꝙ ex fide informi profecta, prior sit fide viua & efficaci per dilectionem, quam Paulus asserit valere in Christo Iesu. Porro Apostol⁹ Paulus, statim postquam fuerat ad concionandum amandatus à Deo, hęc populum docuit, vt ipsemet palam testatur dicens. Annunciabam vt pœnitentiam agerent & cōuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera faciētes. De fide

Quomodo ipsa fides penitentiam antecedat

Acto, 26, Acto, 13, 14,

ne

ne mi quidem, tãtum abfuerat, vt eãm ſolam inculcaret populo. Aduerſus ſolem dehinc ne loquitor, nec manifeſtis repugna. Nonne teſtatur Paulus triſticiam, quæ eſt ſecundum Deum, operari pœnitentiã in ſalutem ſtabilem. 2. Corint. 7. Eſt ne id pœnitentiam nihil conferre opis ad iuſtificationem hominis? Quis iſtud aſſeret, cui pectus ſapit? Deus neminem vult (autore Petro) perire, ſed omnes ad pœnitentiam ſeſe recipere. Q. d. perire oportet, niſi pœnitentia tangantur, quãtumuis interim credant. Habes, Chriſtiane lector, ali quot locos é locupletiſsimo ſcripturæ penu depromptos, quibus aſſeritur contritio cordis, ſeu pœnitentia nec inſequi iuſtificationẽ, ſed anteire, nec ocioſam prę-uertere, ſed commodam atq; vtilem cum primis, vt peccatis obnoxij, his leuentur, ac iuſticia é ſupernis veſtiantur. Proximũ caput plura hoc genus dabit, vna cum eruditiſsimorum, optimorum, atque antiquiſsimorum ſcriptorum commentationibus, quibus illi, dum ſuperſtites erant, ſacra ipſa bibliorum loca fœliciter illuſtra-

2. Pet. 3.

runt

runt, non ſine Theologiæ candidatorum luculento, magnoque commodo. Adeſto itaque æquo animo amplexurus, quæ deferuntur tibi, animo, ad tua iuuandum ſtudia, propenſiſsimo.

CAPVT SEXTVM.

Caput Sextum promens adhuc é ſcripturis, & doctorum commentarijs, plures locos ad aſſerendam pœnitentiæ, cum vtilitatem, tum neceſsitatem, idq; ad uerſus ſolius fidei propugnatores, & quotquot eunt inficias, vlla eſſe opera præparatoria, quod genus quàm plurimi ſunt, quos aut arrogãtia, malitia, aut craſſa peperit inſcitia.

DIcturus de veterum ſcriptorum ſententijs, quæ pœnitentiam vtilem eſſe homini iuſtificando ſeruandoque reuincãt, præſertim ſcripturę teſtimonijs ſubnixæ, à nemĩe auſpicatius exordiri me poſſe exiſtimaui, q̃ à Chry. q hæc & alia multa reliqt poſteritati ſuæ ad aſſerẽdã pœni-

Sententia Chryſoſt. de penitentia Homilia. 41. ad pop. Antioch.

pœnitentiã. A nobis (inquit) vltionẽ ſumam, nos accuſemus, ita placabimus iudicẽ.

Rom. 3. Vide quid dicas Chryſoſtome. Neſcius es noſtra opera nõ poſſe opponi iræ Dei? Ig

1. Ioa. 2. noras Chriſtum ſolum eſſe propitiationẽ pro admiſsis noſtris? Cur obſcuras Dei gloriam, & eleuas Chriſti beneficium? Quare non es memor hominem gratis iuſtificari? Vnde accidit, vt tibi exciderit ſola fide reddi hominẽ ex iniuſto iuſtum, & ex impio pium? Lutherano quopiam eges p̃ceptore, qui te rectius inſtituat, & hunc errorem tibi eximat. At mitto in præſenti deridicula hæc, & has nugas vaniſsimas, quas infra ſuis depingam coloribus. Redeo ad diuum Chryſoſt. hæc de pœnitentia efferentem Efficiamur mundi pro viribus noſtris, peccata noſtra detergamus.

Ad populum Antiochenum Homi. 42 Quomodo autẽ ſint detergenda, prophe

Eſaiæ. 1. ta docet inquiens. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere. Quærite iudicium &c. Et venite, & arguite me dicit Dominus. Si fuerint p̃cta veſtra vt coccinum

qua

quasi nix dealbabuntur &c. Chryso. hæc enarrãs sic habet. Vides ne, quòd priores nos ipsos emundare oportet, & tum Deꝰ emundat? Cum enim prius dixisset. Lauamini, mundi estote, tunc subdit. Ego dealbabo. Magna est vis pœnitentię. Siquidem vt niuem nos reddit, & vt lanam albefacit, licet præueniens peccatum nostras infecerit animas. Hæc Chryso. toto cœlo & tota (qđ aiunt) terra recedẽs à Lutheranorum doctrina. Ab hoc non abhorret D. Hieronymus eadem prophetiæ isti us verba ediserens, dum ait. Recedens à vitijs discat bonum, quærat iudicium, op prẽsso subueniat, pupillũ viduãq; sustẽtet, et si hoc fecerit, tunc pc̃tã, quę prius in modum coccini sanguinea fuerant, dimittentur, & opera cruoris, & sanguinis, veste Dñi mutabuntur. Cernis, lector, quænam nobis agẽda sint, autore propheta, immo Deo per eum loquẽte, & interprete D. Hieronymo, vt alijs multis idoneis scriptoribus, quo liceat remissionem admissorum consequi. Hæc, q̃ propheta hic recensuit, hisque haud disimilia opera esse arbitror

Expenditur locus Esaiæ

Hieronimus strenue certat cum Lutheranis.

Augusti. Tom. 10. sermo. 3. sic enarrat prophetæ hæc verba.

bitror, quæ qui vita expreſſerint, Paulus apud Deum iuſtificari exiſtimat dicens. Nō auditores legis iuſti ſunt apud Deum,
Rom. 2. ſed factores legis iuſtificabuntur. Nam licet absque Moſaicæ legis iam olim antiquatæ ritibus, atque adeo omnium operum anteeuntium meritis iuſtificari homi nem oportet, quippe quód gratis id fieri dicat Paulus, & nihil etiam conferant opera facta virib' hominis, legis notitia tā tummodo adiuti, tamen ſine operibus pœnitētiæ, quorum ꝓpheta hic, & Ezechiel, alijque ꝓphetæ longū texunt catalogū, ac quorum nos ſupra meminim', & infra plenius mentionem inijciemus, nemo ſaltem adultior iuſtificari poteſt. Id quod vel Eſaias teſtatur dicēs. Excelſus habitat cum
Eſaiæ. 57. contrito, & humili, vt viuificet ſpiritum humilium, & cor contritorum. Conteri ergo oportet cor peccatoris, vt vitam gratiæ illi impendat Deus, alioqui non impenſurus. Confert igitur nihil contritio hæc ad iuſticiam parandam? Nonne eſt ſacrificium Deo, ſpiritus contribulatus,

contri

contritum & humiliatum cor Deus non deſpiciet vnquam, vt ait Dauid. Dominus ſanat contritos corde, & alligat contritiones, Pſalmo centeſimo quadrageſimo ſexto. Tu (inquit Hieronymus Pſalmum illum explicans) cor tuum contere, & Dominus colligit contritiones tuas. Recipio me iterum ad Chryſoſtomum, qui ſic ſcribit, enarrans illud Paulinum. Si noſipſos iudicaremus, nõ vtique iudicaremur à Domino, quod ad pœnitentiam attinet. Vt igitur neque puniamur, neque pœnas demus, in ſuam quiſque ingrediatur conſciẽtiã, vitamque explicet, ac cunctis commiſsis diligenter excuſsis, condemnet animam, quæ hæc patrauit, puniatque cogitationem, affligat, cruciet que ſuam ipſius mentem, ſupplicium à ſe exigat pro peccatis, per comdemnationem, per diligenter actam pœnitentiam, per lachrymas, per confeſsionem, per ieiunium, per continentiam, ac charitatem, vt poſsimus omnes hic omni modo depoſitis peccatis, multa cum fiducia illuc proficiſci, vt gloria ſit perennis.

Pſalm. 50.

1. Cor. 11. To. 1. Homilia. 4. de Lazaro

Animaduerte, & diſce Lutheriſta. To. 2 Homilia in Pſalm. 50.

Item

Tom. 2. homilia in Psal. 50.

Item differens de pœnitentia Dauid regis inquit. Dauid, vbi Nathan illum narratione parabolæ increpuerit, venit ad conscientiam, culpã simpliciter confitetur dicens: Peccaui, statimque Propheta: Dominus transtulit quoque peccatum tuum, non morieris. O arguta pœnitentia, ó velocior indulgentia. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Hęc omnia egit Nathan vt ostenderet, qualem Dauid acceperat indulgentiam peccatorum, qualem consecutus sit veniam delictorum, & Dei erga fidelem famulum largam clementiã.

Esaiæ. 43.

Meritum congrui.

Et tu ó Dauid, quoniam mœchatus es, & homicidium perpetrasti, ideo pœnituisti, & remissionem à Deo meruisti. Pœnitentia, multam & magnam habet remissionem. Quid dabis, ò Dauid, vt saluari possis, vti misceatur medicamentum? Quoniam iniquitatem meam (inquit) agnosco, miserere mei, &c. Nihil apertius potuisset dicere, vt ostendat pœnitentiam esse cõmodam, immo necessariam ad remissionem cõmissorum, vt quód hoc non fiat sola fide, præsertim Lutherica, quam nuspiam

Homil. 4. in. 2. Cor. 2

em produnt' ſacri codices. Rurſus Chryſoſto. Demonſtrauit Deus quomodo remittat peccata. Quid igitur illa relicta via, alteram vobis eligitis? Peccauerãt olim Niniuitæ, ſed inſpiciamus, q̃ res illis fuit vſui. Adhibuerunt ieiuniũ vulneribus, & acre ieiunium adhibuerunt, humi dormiebãt, ſacco veſtiebantur, cinerem & fletus adhibebant, vitæq; mutationem. Videmus hic candide lector, Chryſoſt. ſenſiſſe, Deũ ignouiſſe Niniuitis ſua ſcelera ob pœnitentiæ opera, & non propter ſolam fidẽ. Cur igitur quidã appellant ea aut peccata, aut certe inania, ſoli fidei prorã & puppim (vt dicitur) iuſtificatiõis ac remiſsionis cõmiſſorũ acceptã ferentes? Pergit ibidẽ Chryſoſt. oſtẽditq; pœnitẽtiã attuliſſe Dauidi ſuarum noxarum ignoſcẽtiam, inquiens, Dauid peccatum alia ratione abſterſit, videlicet ſubmiſsione, cordis contritione, & animi compunctione. Habebat enim cor contritum & humiliatum, quod maxime eius abſterſit peccata. Submitte igitur & tu cor tuum, vt Deum tibi concilies, prope eſt enim dominus ijs, qui ſunt cõ

Ho.5. Homi. de peni. & confessione.

trito corde. Hęc ibi. Ad hęc accedit, qđ alibi ait. Memoria peccatorum implet nos fiducia, iusticiaq3 multa. Quis hoc dicit? Phariſæ', & Publicanus. Nã hic, dictis peccatis redijt domum iuſtificatus, ille autem, dictis bonis operibus deſcendit Publicano inferior. Peccatorum autẽ memoria mentẽ humiliat, & humiliter ſapere facit, atq3 per humilitatem conciliat ſibi gratiam Dei. Qui conſiſtat hoc cum ſolius fidei aſſertione, nec equidẽ video, nec mihi aduerſantes in hac digladiatoria arena. Progreditur Chryſoſt. Quum ſciam', quód omnia moueat, & cauſetur Deus, vt nos à pœna, & ſupplicio liberare poſsit, multas ei occaſiones, confitendo, pœnitẽdo, lachrymando, precando, proximis iram dimittendo, pauperibus ſubueniẽdo. Hæc bis p oĩa & ex diametro pugnãt cum ſolius fidei aſſertiõe, & illorum ſententia, qui inficias eunt, eſſe opera quædam fidẽ iuſtificantem antecedentia, quæ inſternãt viam gratiæ Dei infundendæ. Achab correptus (inquit Chryſoſto.) deplorauerat, & vt lachrymauit, veniam obtinuit. Ad

Lu, 19, Publicani iuſtificatio pœnitẽtia fit, non ſi de ſola.

Homilia de Adam, Sodomitis & Achab

hanc

hãc formam & illa eiusdẽ pertinent. Spõgia peccatorum tuorum lachrymæ tuæ. Grandis earum virtus, dicam tibi quid valeant lachrymæ. Attende diligentius. Meretrix illa non fudit sanguinem, sed fontes lachrymarum profudit, & deleuit peccata sua. Nonne Petrus amare fudit lachrymas, & abstersit peccatum suum, & pristinam recepit dignitatem? Hæc ille, & quæ hic euestigio sequuntur omnia. Pœnitentia est delictorum medicina, iniquitatum consumptio. Peccatum vulnus est, pœnitentia medicina, in pœnitentia purgatio peccatorum. Aegrotauit Petrus, at q3 ad priorem redijt sanitatem. Qualiter & quomodo? Flens, & lugens, non ait per solam fidem. Item Chryso. ait. Deus pœnitentibus propitiationem promittit, peccantibus beneficij medicinam supponit, scilicet pœnitentiam ad salutem. Remissio peccatorum fons salutis, & pœnitentiæ munus. Pœnitentia medicamentũ est peccatum extinguens, donum cœlitus datum, virtus admirabilis, gratia vim legum superãs. Peccatrix illa mulier de pœ-

Homil. 6. in Psal. 50

Luc. 7.

Matth. 26

Homil. 1. de penitentia.

Tom. 2. Homilia 5.

Penitẽtia tribuitur hic remissio peccatorum

nitentia salutem sitiens, surrepsit saluatoris conuiuio, pedes eius lachrymis rigauit, capillis extersit, atque hanc tot defossam peccatis eleuat ille clemens piusque dicens. Dimittituntur tibi peccata tua. Tot præuaricatrix delictorum remissionem retulit. Raab per pœnitentiam saluauit Deus. Et quid Raab fecit ad salutis argumentum? Quód in pace exploratores susceptit. Id & meritoria faciunt (inquit) hospitia. At neque ex ipsa solum dilectione salutem consequitur, sed fide præuia, atque in Deum dispositione. Si Raab, fratres, pœnitẽtia dignam effecit, multo magis nos, si pœnitentiam induxerimus, salutem cõsequemur. Hactenus ille. Qui edisserens illud Pauli de tristicia secundũ Deum progignente pœnitentiam in salutem stabilem, hæc refert. Tristicia de peccato nata, peccatum comminuit per pœnitentiam inducta. Quapropter Paulus dicit. Quæ secundum Deum tristicia pœnitentiã in salutem incommutabilem operatur. Bona est tristicia vere pœnitẽtia. De mirari satis non possum, quur hunc Pauli con-

Dilectione & præuia in Deum dispositione, nedum fide iustificata est Raab et ideo Iacobi 2, dicitur ex operibus iustificata fuisse. 2. Cor. 7.

contextum tàm luculente ſtatuẽtem pœnitentiæ vtilitatem, quoſdam non puduit coactius enarrare, atq; à ſuo genuino ſenſu diſtrahere, ad ſuum impium dogma propagandum, idq; contra omnium orthodoxorum, nedum Chryſoſt. interpretationem. Chryſoſt. quoq; eundem Pauli locum exponẽs ait. Qui in peccatis cõtriſtatur, hic ſolum aliquid vtilitatis amplius à triſtitia accepit. Abſumit enim, & euanescere facit peccata. Haud ſecus Theophilactus, Ambroſius, & complures alij eundem Pauli locum ediſſerunt & explanãt, à quorum ſententia, hac in re ſaltem, recedit nemo pie doctus. Accipe iam aliquid é ſcripturis ſacris, vt illo veluti condiãtur Chryſoſt. ſententiæ. Vide (inquit Dauid pœnitudine tactus) humilitatem, & laborem meum, vel vt Chaldæa habẽt, Penſa afflictionem meam, & laborem meum, & dimitte vniuerſa delicta mea. Obſerua, quód opponit propheta ſuã humilitatẽ, afflictionem & laborem iræ Dei placãdę, non ignarus Deũm hæc reſpicere, nedum fidem, quoties commiſſa hominum remit

Sunt qui deprauãt Pauli uer. 2. 2. cor 7 referentes ea ad penitentiam ſubſequentem remiſſionem delictorũ.

Pſal. 24.

tit. Hæc ex Chryſoſt. deprompſimus elucubrationib⁹. Nũc ex aliorum libris quędã mutuo ſumamus, ſed ſelecta, nõ oia corradentes, vt quod infiniti fuerit laboris, nec operęprecium. Hieronymus enarrans ca. 3 Eſaiæ, vocat pœnitentiam poſt naufragiũ tabulã, vt qua nobis per ſcelus aliquod de lapſis ab innocẽtia noſtra, in mare vaſtum atque æſtuans vitiorum turbinib⁹, procellisque horriſonis, enatare tandem liceat. Redeo ad Hieronymũ explicantem cap. 3 Ionæ de Niniuitarum pœnitentia. Prædicant (inquit) ieiunium, & veſtiuntur ſac ęis à maiore vſque ad minorem. Dignus & victus, & habitus pœnitentiæ, vt qui offenderant luxu, & ambitione, eorum damnatione illum placent, per quæ prius offenderant. Saccus, & ieiunium, arma ſunt pœnitentiæ, auxilia peccatorum. Quid pugnat magis cum ſolius fidei Lutheric̃e aſſertione? Idem ait, Cornelius centurio ex operibus ſpiritum ſanctum accepit. Idem aduerſus Luciferianos calamum ſtringẽs docet, quomodo ille pſuaſum habuit, cõparãdam eſſe iuſticiam peccatorum, nem

Sententia quædam D. Hieronymi de pœnitentia

Ionæ. 3.

In cap. 4. ad Galat.

pe

pe multa pœnitentia, non ſola fide, vt Lutherani inſigniter & ſplendide mentiuntur. Is enim hæc habet. Credo in vnum Deum, & tamen ſecundum meam fidem nolo fieri mihi. Ad orationem aſsiſto, non orarem, ſi non crederem, ſed ſi vere crederem, illud cor, quo Deus videtur, mundarem, manibus tunderem pectus, lachrymis genas rigarem, corpore inhorreſcerem, ore pallerem, iacerem ad Domini pedes, eosque fletu perfunderem, crine tergerem, hærerem certe crucis trunco, nec prius amitterem, quàm miſericordiam impetrarem. Hæccine eſt fides tua Hieronyme? Cur tantopere ſudas, & moliris tam ardua? Neſcius es fide ſola redeundum tibi cum Deo in gratiam? Quamobrem non credis tantum tua ſcelera, quantumuis magna, tibi remitti protinus, vbi Chriſtum mediatorem fide apprehenderis, qui pro his in crucem ſublatus abunde dependebat pœnarum? Eſt ne tibi perſuaſum, hominem ſuis viribus atq; operibus coram Do iuſtificari, & non gratis potius? Tom. 2. Luca. 7.

Quare

Quare adeo te affligis atque discrucias? Quur te admissorum pœnitet, vt tibi ignoscatur, atq; in gratiã recipiaris? Quare hoc nomine Deum fatigas precibus? Ignoras ne succinctiorem, & compendiosiorẽ viam esse ad gratiam, & scelerum tuorum veniam, vt credas solum? Clam te est, orationem ac pœnitentiam insequi, non antevertere flagitiorum indulgentiam? Fugit ne te virum eruditissimum, nedum integerrimum, aut in crimen vertendum esse aut certe incassum, quidquid operis ipsam iustificationem hominis anteit? Demiror vehementer te hominem cœlestis philosophiæ apprime doctum, nescire nulla opera feneſtram aperire ad capessendam iusticiam, & noxiarum ignoscentiam. Fugit te hanc operum fiduciam esse gratiæ Dei, & Christi beneficij aut obtenebrationem, aut certe contemptum esse quendam? Quid est hoc, si non sit adigere conscientiam in desperationis laqueum? Latet te opera nostra non posse iram diuinam placare, nec esse eidem opponenda? Lex iram operatur, tantum abest, vt iustificet.

ficet. Quis ignorat hoc esse à Christo mediatore, atque reconciliatore desciscere, atq; ad opera confugere? Dedisce ergo, quæ hactenus didicisti, & operam da Lutheri consectaneis, qui te doceant viam, qua gratia & venia commissorum potiaris, procliuiorem & longe magis compendiariam. Ea est, vt solum credas, ac fidas te nactum Deum propitium propter filij sui Christi meritum. Hæ sunt, lector candide. Lutheranorum bullatæ nugæ, aut si mauis, splendidus verborum apparatus, neruorum exors, atq; prestigiarum vndiq; refert', quæ admodum infra suo loco ōnibus ob oculos ponemus. Cæterum hæc ex Hier. libris suffecerit hausisse. Iam petemus huc quædam ex diui Ambrosij voluminibus, qui sane in hac re asserenda multus est, vt non alius temere. Ille sic loquitur nobis, libr. 2. de Cain, & Abel. Zachæus auaritiæ renuntians, Christum recepit. Et apertius lib. 9. epist. 76. Præcedit pœnitentia, sequitur gratia. Neq; pœnitētia ergo sine gratia, nec gratia sine pœnitentia. Debet enim pœnitentia prius damnare

Ambrosij sententia de pœnitentia

Ad virgi-nem lap-sam cap. 8

nare peccatum, vt gratia posit abolere. Item alibi exponens illud Ioelis secundo. Conuertimini, &c. inquit. Sic Dauid conuersus, iustificatus est. Peccator ergo, si sibijpsi non pepercerit, à Deo illi parcitur. Pœnitudo necessaria est peccatoribus, vt vulneratis medicamina sunt necessaria.

Sermone 21. in Psal. 118.

Rursus loquens de fornicatore à Paulo satanę tradito, primo Corinthiorũ quinto ait. Ex quo intellgimus, quòd in bono excluditur scilicet é medio plebis, qui iubetur agere pœnitentiam, vt hũmilietur & compungatur corde. Hæc enim reconciliationis solét esse suffragia. Ab his non abhorrent & hęc, q̃ cõiecit in literas alibi. Si agat pœnitentiam ex corde toto, salua bitur, vt Dauid, qui dixit, Peccaui, & mox audiuit, Domin' abstulit peccatum tuum. Quantum valét tres syllabę? Tres enim syl labę sunt, peccaui. Quibus finitima sunt q̃ habet idem, lib. 2. de pœnitentia. Quicun q̃ (inquit Ioel) inuocauerit nomen Domi ni, saluus erit. Omnibus conuersis (inquit Ambrosius) Deus veniam pollicetur. Cedo mihi quæso, quo cum manus confe-

Lib. de exhorta. ad penitentiã

Cap. 4.

ro.

ro. Pollicetur ne Deus veniam cõuersis, & implorantibus ei' auxilium, quo iusti fiant, & nihilominus nec conuersio, nec oratio quicquam confert ad iustificationẽ? Dic quinã hæc cosistere possint. Sequitur ne hæc iustificationẽ, quorum nomine Deus promittit nobis veniam? Aberras vehementer, qui istud asseris, quod tam aperte repugnat scripturis sacris, quã illud, quod multo maxime. Muta ergo vela & recine matúre, ne sero te pœniteat, cum non erit integrum cum tuo commodo resipiscere. Sed iterum ꝑdeat Ambrosius, cum meo Antagonista strenue (vt solet) depugnaturus, idque hoc telo acuto quidem illo. Ille iustificatur, quem suorum pœnitet delictorum. His ex multis Ambrosianis sententijs in præsentia erimus contenti. Iam Nazanzenus Diui Hieronymi præceptor se proferet in certamen hoc, hoc pacto colluctatur' mecum, vbi illud Esaiæ. 1. Lauamini, mũdi estote, &c. Ecce quomodo φοινικόν, hoc est, rubrum, & coccinum, in quo vtroq; macula est, & crimia sanguinis indicãtur, ꝑ misericordias, bona

Sermone 15. in Psal 118.

Grego. Nazanz. sermone de Epiphania, Esaiæ. 1.

bona opera, & recta iudicia, & per auxili
um viduarum, & defensionem orphano-
rum, ad purgationem lanæ vertitur, & ad
cãdorem niuis mutatur. Hæc ibi Nasanz.
testimonio Esaiæ affatim luculẽto subnix
us, quo labefactatur, immo funditus euer
titur vniuersum de solã fide ædificium.

Sermone de fide

Rursus idem Propheticis admonemur ser
monibus nos sacerdotes, & ministri Dei,
ingredi in cinere, & cilicio, & plangere
nocte ac dies miserando habitu, voce fle
bili vociferantes, & clamantes ad Domi-
num pro nobis. & populo, nihil omnino
vel laboris, vel sermonis omittere, quibus
repropitiari creditur Deus. Ex nobis filio
li discite cõpunctionem, quia affligimur
pro vobis, & emendationem vitæ vestræ
offerte nobiscum, vt & nos imminẽtis pla
gæ veniam impetrare mereamur. Omitto
multos hoc genus locos, passim apud hũc
obuios, ne volumen iustam magnitudinẽ
excedat. Loquatur itaque nunc D. Augu-

Aug. de Ciui. Dei lib. 2. cap. 24.

stinus Theologorum secundum Apostolo-
los & euangeliographos multo maximus.
Is de pœnitentia Niniuitarum disserens
hæc

hæc habet. Euertuntur homines peccatores, ſicut Niniuitæ, vt ipſa hominum peccata pœnitendo deſtruantur. Quadrat ne iſtud optime cum diui Pauli ſententia dicentis. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, ac illuminabit te Chriſt' ? Quid enim aliud appellemus, ſurgere hic Paulo, & exurgere à mortuis, quàm reſipiſcere, ac pœnitentiã agere, vt pulſis peccatorum tenebris, Dei gratia illuſtretur peccator? Prius itaq; ſurgere hominem oportet & exurgere à mortuis operib', ac deinde Chriſtus illum ſua gratia imbuet, interuẽtu illius pœnitentiæ. Anteit igitur illa iuſtificationem, & ad eam confert non mediocriter. Aſt ad Auguſtinũ recipiet ſe oratio, qui hæc ſic extulit. Nulla eſt tam grandis culpa, quę pœnitẽdo non habeat veniam. Item pœnitẽtia impetrat remiſſionem in hoc ſæculo, q̃ valeat in futuro. Tomo. 10. ſermone. 11. de verbis ſecũdum Matthæũ. Adde his, quæ alibi idem habet dicens. Donec ſumus in hac vita, quantacunq; nobis acciderint peccata, poſsibile eſt õnia ablui per pœnitentiam. Deus cupit pecca-

Ephe. 4.

Ephe. 4.

To 9. de recti studi ne catho. conuerſ.

To. 10. Ser 181. de tempore

peccatoris pœnitentiam, & per pœnitentiam denuo ad vitam redire, & ideo per Ioel prophetam clamat. Conuertimini ad me in toto corde &c. Sed quid prosequor infinita? Omnes enim Augustini sententias, quæ doceant per pœnitentiam expiari hominum scelera, recensere conari, est maris arenam numerare adniti. Quamobrem satius est his contentum esse, ac reliqua mittere, hucque vel illud Actorum adscribere, quod reuincit pœnitentiæ, non solum fidei, ferendam esse hominis iustificationem acceptam. Paulus enim ibi testatur Christum ad sese dixisse hæc, quando misit eum concionatum Euangelium. Ego mitto te aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me. Nunquid potuit Christus apertius tribuere remissionem delictorum pœnitentiæ, quàm his verbis fecerit?

Ioelis. 2.

Actor. 26.

Remissionem peccatorum tribuit Christus pœnitentiæ, nõ solifidei.

rit? Vnde sic ad Agrippã Paulus, se Christi iussa executum esse, dicit. Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni: sed his qui sunt Damasci primum & Hierosolymis, & in omnem regionem Iudææ, & gentibus annunciabam, vt pœnitentiam agerent: & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. Habeto igitur fidem Christo potius quàm Lutheranis, quisquis cura aliqua tuæ salutis tangeris. Suffragatur huic Epiphanius, Hieronymo antiquior, vt qui illud Pauli Romanorum octauo. Vt iustificatio impleretur in nobis, &c. ediserens inquit. In Apostolis, & nobis legis iustificatio impletur. Quomodo audes tu ó Marcion, dicere legem esse alienam ab Apostolis Dei, qui secundum legis complementum iustificantur? Rursus illud enarrans. Non auditores legis iusti sunt &c. ait. Si enim lex facta iustificet factorem, non est mala, neque iniusta, propter quam, hi, qui faciunt eam, iusti fiunt.

Epiphanius libro. 30. Tom. 3. contra hæreses

Roma. 2.

Hæc

Hęc ille, acceptam ferens iustificationem hominis obseruationi legis, lex iubet homini pœnitẽtiam agere, gemere, lugere, orare, timere, sperare, diligere, immo & credere, vt hinc euadat iustus ex iniusto.

Et illa etiam quæ Esaiæ. 1 & Ezec. 18. & 33. traduntur.

Ab his D. Basilius ne latum quidem digitum recedit, dicens concione de fame & siccitate. Vides quód Niniuitæ pœnitẽtia Deum placantes, & ob peccata lugentes, non infantes modo, sed ipsos primos parẽtes ad pœnitentiam perduxerũt. Rursus,

Quæst. 16 inter eas, quæ cõpendiosunt explicata

Respiscat anima ex laqueo diaboli, para tam reperiens misericordiam Dei, ad suscipiendos digne pœnitentes. Et quæst. 1. ait. Vbi cõdemnarit sese quis per rationẽ pœnitẽtię, absolutus est à crimine. Antiochus pervetus autor græcus, fuit enim antenongentos annos, patrocinatur nostrę

Homilia 77.

sententiæ dicens. Pœnitentia aliud prorsus est nihil, quàm sarciendæ vitæ salutare pharmacum. Nec alia magis placuit sententia Lactantio, qui ait. Deus purgari homines maxime cupit, ideoq; agi pœnitentiam iubet. Item. Pœnitentia est vulnerum ac peccatorum sanatio, illa spes, illa

Lactãtius lib 6. de vero cultu cap 13. In epitome.

portus

portus ſalutis. Arnobius quoq; Lactantij præceptor ab hac doctrina nihil abhorruit dicẽs. Qui ſanat (vt habet propheta) contritos corde, hoc eſt, pœnitentes. Medicus medicinam aperuit, & vocem emiſit, qua ac ſi præco exclamans dicit. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Iam modo poſt hanc vocem antecedit voluntas gratiam, dicit enim Eſaias cap. 1. Si volueritis, &c. Quid eſt, quęſo te, hęc medicina animarũ, ſi non ſit pœnitentia, quam noſtra voluntas gratiam gratum facientem ſeu iuſtificãtem antecedens, abs Deo impulſa ac adiuta, peragit, quo gratiam aſſequatur, qua vulnera & morbi animæ ſanentur? Iam vero quid primum referam huc, ex Cypriani ſententijs de pœnitentia, non facile inuenio, vt quæ tam ſunt numeroſæ, & huic inſtituto tam accommodæ. Aggrediar tamen, & vel paucula quædam ex varijs depromam, & initio illud ſermone. 5. de lapſis, Niniuitarum pœnitentiam proferens. Iram Dei, & offenſam eius indignantis iuſta deprecatione placari, & hominem ve

Arnobius in Pſalm. 146.

Matth. 11.

Cypriani ſententia.

Epist. 3. niam mereri constat exemplo Niniuitarum. Rursus de cœna Domini disserens, de contritione latronis ait. Latrocinium damnationem meruerat, sed cor contritum pœnam mutauit in martyrium, & sanguinem in baptismum. Ad hæc libro quarto epistola, inquit. Memento vnde excideris (Ioannes dicit Apocalipsis secundo) & age pœnitẽtiam atque priora fac opera. Quod vtique dicitur ei, quem constat cecidisse, & quem Dominus hortatur rursus exurgere, quia scriptum est. Eleemosyna à morte liberat, ab ea, quæ per delictum post baptismum serpit. Deus ad pœnitentiam non hortaretur, nisi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Qui neminem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiam ad vitam denuo redire. Ideo per Ioelem dicit. Reuertimini ad me in toto corde & cætera. Quo loco subnitens alibi inquit. Potest ille indulgentiam dare, sentẽtiam potest ille flectere, pœnitenti, operanti, roganti, potest

Luca. 23. *Latro contritionem habuit nedum fidem.*

Tobia 4.

Ioelis. 2. *Sermone. 5. de lapsis*

Non ait solum credenti.

poteſt clementer ignoſcere. Quibus accedit, quod quinto ſermone de lapſis ad hunc modum promit. Si precem toto corde quis faciat, ſi veris pœnitentiæ lamentationibus, & lachrymis ingemiſcat, ſi ad veniam delicti, Dominum continuis, & iuſtis inflectat operibus, miſereri talium poteſt, qui & miſericordiam protulit dicens. Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluaberis, Ezechiel. decimo octauo. Ezech. 18. Quid ad hæc reſpondeant, qui conſtanter, immo peruicaciter inficiantur, pœnitentiam, orationem, & opera hominis tacti pœnitudine, quicquam conducere ad iuſtificationem? Inſuper ſtabiliuntur hic opera præparatoria nihil obſcure. Super hæc aduerſus Nouatianum ſic loquitur, faciens mētionē de Maria Magdalena, de qua Lucæ ſeptimo. Ecce mulierem peccatricem, pœnitentem, flentem, deprecantem, & remiſſam peccatorum accipientem. Luca. 7. His tutatus eſt Cyprianus opera pœnitentiæ præparatoria quidem illa, & gratiam anteeuntia, vt nec peccata, nec vana & inania

Opera præparatoria defenduntur aduersus rabularum morsus.

deinceps censeantur, nisi illius autoritas, immo scripturæ, qua ille nititur, fuerit reiecta. At redeo ad Cyprianum sic loquentem. Pœnitentes vero, quia à seipsis suscipit iudicatos, absoluit Deus, neq; iudicio, quod pœnitentiæ humanæ seueritas protulit, aliquid iusticia cœlestis apponit. De

Cyprianus de passione Domini.

nique sermone de ablutione pedum aperte refellit Lutheri impiã opinionem, qua asserit cõtritionem profectam ex vitæ prioris expensione, & admissorum diligẽtiore & accuratiore quadam excussione, adeo nõ prodesse homini peccatis obnoxio, ad conciliandam remissionem peccatorum, vt illa eum reddat plane hypocritã, aut adigat ad despondendum animum, spẽque veniæ omnem abijciendam. Cyprianus sic habet. Hoc lauachrum scilicet pœnitentiæ, quotidianis est excessibus institutum, & iugis retractatio vsque ad nouissima veniens, omnia debet opera, & cogitatus singulos perscrutari, & affectus per vitia discurrentes, vagam instabilemque animam per inania euehentes corrigere, & lauare, nec quicquam prætermitte

Cyprianus de ablutione pedum.

re

re indiscussum, quod gemitibus & suspiriis nõ fuerit expiatum. Hactenus D. ille Cyprianus, nostræ, immo omnium catholicorum, sententiæ manifeste suffragatus est. Id quod Origenes & Cyrillus his verbis faciunt differentes de varijs modis, quib⁹ Deus homini suas noxias remittit. Est (inquiunt illi) adhuc & septima, licet dura, & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator lachrymis stratum suum, & fiunt ei lachrymæ panis die, ac nocte, & cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & quærere medicinam. Videmus hic Origenẽ & Cyrillum hac fuisse sententia, vt asserent peccata remitti à Deo, non per fidem solam, sed per pœnitentiam, & confessionem sacerdoti factam. Horum vterque multa scripsit de pœnitentia, quæ mittere impræsentiarum consultum est. Tertullianus oĩm latinorum, qui aliqua interpretatione sacros illustrauerunt codices, antiquissimus, multis in locis huic sentẽtiæ suum addit calculum, eũdemq; cãdidum, e quibus aliquot breuiter cẽsebo. Primum

Homilia, 2 in Leuit. cum & lib. 2. commen. in Leuit. cum.

Per pœnitẽtiam, & per confessionem factam sacerdoti deletur peccatum, non per fidem solam

Tertulliani dicta.

Lib. 5. aduersus Marcionē,

sic ait. Deus misericordiam Niniuitis exorantibus prestitit, facilis & Ezechiæ fletibus flecti, & Achab marito Iezabel deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthæ, ac Dauid agnoscenti delictum statim indulgere, malens scilicet pœnitētiam peccatoris, quàm mortem, vtique affectu misericordiæ. Ad hanc formam pertinet & illud eiusdem. Dominus pœnitētiam purgandis mentibus destinabat propositam, vt quicquid error vetus inquinasset, id pœnitentia verrens, ac radens, & foras abijciens, mundam pectoris domum superuēturo spiritui sancto paret, quo se ille cum cœlestib⁹ bonis liberi⁹ inferat. Horum bonorum vnus est titulus, salus hominis, criminum pristinorum abolitione præmissa. Nō solum facti, sed & voluntatis delicta, vita & pœnitentia sunt purganda. Hoc enim precio Domin⁹ veniam instituit, hac pœnitentiæ compensatione, redimēdam proponit impunitatē Qui enim pœnā per iudicium omnibus delictis destinauit, idē & veniam per pœnitētiam spospondit dicens ad populum. Pœnitere, & saluum te faciam

Lib. 1. de pœniten.

Opus præparatiū pœnitentiæ Tertulliano.

ſaciam. Et iterum. Pœnitentiã malo quàm mortẽ, inquit Dominus. Tu peccator pœnitẽtiam ita inuade, ita amplexare, vt naufragus alicuius tabulæ fidem. Hæc te peccatorum fluctibus merſum proleuabit, & in portum diuinæ clemẽtię ꝓtelabit. Pœnitẽtia per Dei gratiã nobis oſtenſa, & indicta, in gratiã nos Dño reuocat. Qúam qúã his verbis, oẽm aduerſæ partis ꝓpugnatorib' rimã ſatis obſtruxerit Tertullianus, vt nõ reſtet vlla, per quã elabãtur, ne tamẽ tergiuerſentur, ac dicãt pœnitentiã admiſſorum cõdonationẽ inſequi, nõ anteire, audiant iſti, quæ mox appingit Tertullianus his ſane verbis, energia refertis vndiq3. Si ergo qui vẽditant, nummũ, quo paciſcuntur, examinãt, ne ſcalptus, neue raſus, ne adulter ſit, etiam Dominum credimus pœnitẽtiæ probationẽ prius inire, tantam nobis mercedẽ perennis ſc3 vitæ cõceſſurum. Peccator ante veniam ſe debet deflere, quia tempus pœnitentiæ id eſt, quod periculi, & timoris. Inſuper idem loquens de pœnitentia, exomologeſi, quam vocat ſecunda ſubſidia, ait.

Exomologesi. confessione.

Quur cessas aggredi, quod scias mederi tibi? Habes, candide lector, ex optimis fere omnibus scripturę interpretibus, selectas quasdam sententias, quibus illi pie admodum orbi testatissimum reliquerunt, quanta esset pœnitentiæ vtilitas, & quàm illa iustificandis hominibus visa fuerit eis necessaria, vt pudere nos debeat, horum cõtempto limato, & excusso iudicio, nostra somnia longe, lateq; à vero disita ac euariantia Christianis cum lectitanda, tum vero audienda & imitanda obtrudere.

Iam vero edisseram quo liceat cõpendio, quonam pacto publican' ille ob piam pœnitentiam multi nominis ac famigeratus, remissionem delictorum consecutus sit, vt videant aduersarij sibi ob oculos positam aperte satis suam ipsorum imperitiã, aut potius malitiam, quòd non puduerit illos asserere, eum fuisse pri' iustificatũ quã templum conscenderat precatum. Qua de re hoc pacto disserit Theophilactus, vbi recensuerit quę in templo egisset publicanus, quo iustus fieret. Et propter hæc omnia descendit in domum suam iustificatus

Luc. 18. Publicanus erat iustificatus in templo precibus Deũ sollicitando, & non ante quam templum subiret, ut multi perperã dicunt.

catus magis quàm ille. Dominus enim humilibus dat gratiam. 1. Petri. 4. Item infra paulo inquit. Qui se condemnando humiliat, exaltabitur à Deo iustificante. Hæc ille, ostendens Publicanum per pœnitentiam, preces, ac sui deiectionem, non per solam fidem, euasisse iustum, vt Lutherani volunt nobis persuadere. Tertullianus his accedit dicens. Christus duos adorãtes diuersa mente describit, Pharisæum in superbia, Publicanum in humilitate, ideoque alterum reprobatum, alterum iustificatum descẽdisse. Quid his apertius? vt conuincatur, Publicanum non fuisse iustificatum, anteqùam templum subierit, preces fuderit, pœnituerit, ac submiserit se Deo, sed postea recensitorum operum subsidio. Id quod vel ipse contextus indicat abunde satis. Nam si fuisset prius iustificatus Publicanus, quàm sacras ipsas ædes precatum conscenderit, quamobrẽ dixisset Christus, illum descendisse iustificatum in domum suam, cum iuxta tuam sentẽtiã ascenderit iustus? Deinde, quorsum tunc attinuisset per æthiologiam, ac

Lib. 4 ad uersus Marcion.

cauſſæ redditionem, hęc ſubtexere verba, Omnis enim qui ſe humiliat, exaltabitur? Nõne illis verbis docere voluit Chriſtus, Publicano ſuam contuliſſe nonnihil humilitatem, quo remiſsis peccatis iuſtus efficeretur? Poſtremo fides iuſtificãs, Lutheranis, quorũ hęc eſt tergiuerſatio, ſane impia cum primis eſt, qua credimus, & certo fidimus noſtra ſcelera remitti, noſq; in gratiam recipi propter Chriſtum. Sed hæc non credidit hic Publicanus, vt qui agnouit modeſtius & ſubmiſsius ſe ad huc obnoxium noxis. Sed præſtat audire Arnobium, in rem eandẽ his verbis exarantem. Qui ſe humiliat exaltabitur, id eſt, qui agens ſua peccata confitetur, exaltabitur à Deo. Chryſo. candide eandẽ probat ſentẽtiam dicens. Sis tu quoq; demiſſo animo, cogitans quód Publicanus ille vnico verbo iuſtificatus eſt, quãquã non erat animi modeſtia, ſed vera confeſſio. Item Homilia. 9. de pœni. Publicanus humilibus conſentiens fructum iuſticiæ ſuſcepit, neq; vllo ſub labore preſſus, iuſtificatus eſt, verba dedit, res accepit.

Arnobius.

Chryſoſt. Homil. 4. in. 2. Cori. 2.

Tom. 2.

Ambro.

Ambrosius his quoq; suffragatur dicens. Publicanus prędicatus est, quia à lõge stãs dicebat, Deus propiti' &c. Et ideo diuina in eum lata est sententia dicens. Quia descendit hic Publicanus iustificatus magis quàm Pharisæ'. Ille enim iustificatur, q peccatum proprium confitetur, sicut locutus est ipse dicens. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. Et Dauid. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Rursus idem, Publicanus magis iustificatus exiuit é tẽplo, quia Pharisæus se iustificabat, suas iusticias prędicando, Publicanus aũt iustificabat Deum, suas iniquitates confitendo. Hęc D. Ambrosius, cui accedit D. Augustinus cùm aliàs, tum in Psalmum. 31. hæc efferens. Pharisæus contempsit Publicanum à longe stantem, cui Deus confitenti appropinquabat. Publicanus à longe stabat, sed Deus ad illum de longinquo non stabat. Quare id? quia in alio dicitur, Prope est Dominus his, qui obtriuerunt cor, qualis erat Publicanus,

Ambrosius lib. 1. cap. 9 de Cain & Abel

Esaiæ. 43.

Sermone. 15. in Psal. 118.

Tomo. 2.

Tunsio

Tunſio pectoris, contritio eſt cordis. Quæ dicebat tundens pectus? Deus propitius eſto mihi peccatori. Et quæ Domini ſententia eſt? Amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificat' in domum ſuam ab illo. Quare Domine? Quia, omnis qui ſe humiliat, exaltabitur. Hæc apertiora ſunt, quã vt egeant interprete, aut elucidatore, niſi quis velit, aut in meridie lucernam adhibere, aut certe præmanſum in os lecturi inſerere. Poſtremo Auguſtinus de verbis Domini ſecundum Lucam explicans illàm parabolã ſic ſcribit. Quid miraris, ſi Deus ignoſcit, cum ipſe agnoſcit? Pœnas de ſeipſo exigebat, properea Dominus confitenti parcebat. Humilem audiſti reum, audi nunc iudicem dicentem. Amen amen dico vobis. Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuã ab illo. Gregor. Nazanze. Orat. in ſanctum lauacrũ. Publicanum nullo alio teſtimonio ſuffultum, extulit humilitas, vt & tu diſceres, tibi non facile deſperandum eſſe. Iam huic colophonem, aut ſummam manum addet D. Hieronymi hæc ſententia. Publicanus à longe

Tom. 2. lib. 3. aduerſus Pelagianos.

longe ſtans, nõ audebat oculos attollere ad cœlum, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori. Vnde profertur Domini ſententia. Dico enim vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam plus quàm ille. Qui enim ſe humiliat exaltabitur. Docent ne hęc aperte, ex Publicani pœnitentia, Deum protuliſſe hanc ſententiam. Amen dico vobis, deſcendit, &c. illumque non fuiſſe iuſtificatum prius quàm templum ſubijt, ſed poſtea ob ſubmiſſam ſui deiectionẽ, pœnitentiam, & orationem? Quæ ſenſiſſe D. Hieronymũ vel illa dictio, vnde, a bunde oſtendit. At fidem habuit atque orauit, ſeſe vehementer deijciens ac ſubmittens, ſed hæc fieri nequeunt ſine gratia & vera iuſticia, vt quæ ſunt opera hominis iam antea iuſtificati, ergo hic Publicanus fuit iuſtus, priuſquiam templum illud eſt ingreſſus. Quur non colliguntiſti ex Phariſæi oratione, quæ ſine fide nõ fiebat, quia, quomodo (inquit Paulus) inuocabunt, in quem non crediderunt? illum iuſtum fuiſſe? Fateor, fidẽ habuit publicanus

Luce. 18.

Roma. 10.

blican' orãs, & sese deijciẽs, sed informẽ, quæ peperit inuocationem, & pœnitentiã per gratiam trahentem subortam, & per gratiam gratum facientem absolutam. Hæc quisquis viderit, facile intelliget, & perspiciet, quomodo iust' euasit hic Publicanus, & quonã pacto iustificẽtur quotquot peccatis distinentur. Nam is nobis propositus est veluti forma, & exẽplar assequendæ iusticiæ. Atqui Bedæ nostratis verba in hunc euangelij locum, fere mihi exciderunt, quæ luce meridiana clarius rem hanc explanant ad hunc modum. Quantã (inquit) fiduciam veniæ, vere pœnitentibus præbet, q̃ Publicanus, qui reum suæ nequitiæ se cognouit perfecte, fleuit, cõfessus est, & si iniustus ad tẽplum venerit, iustificat' à tẽplo redijt. Hæc ille Beda nostras, vir cúm impẽse doctus, tũ vere pius & probus. Videmus iam, candide lector, Publicanum non adijsse templum iustificatum, sed abijsse ex eo iustũ effectum per humilem suam pœnitentiã & orationem ex fide informi, & gratia Dei motrice & pellectrice & tractrice p-

fectam

sectam, & ideo toto cœlo errãt, q̃ asserũt illum subijsse tẽplum iustificatum, ne cogãtur ipsam veritatem agnoscere, & amplecti, quæ est, non sola fide peragi hominis iustificationem, sed submissa sui deiectione, pœnitentia atque precibus, quemadmodum Publicanus hic descriptus est fuisse iustificatus. Verum de pœnitentia hæc dixisse sufficerit. Nunc qđ ꝓximum est suscipiemus enarrandum, nempe misericordiã Dei nõ apprehẽdi sola fide, & ꝓmissiones euangelicas habere adglutinatas, & adnexas sibi leges suas, aut conditiones, vt crassiore, ac pinguiore dicam minerua, & apertius. Luc. 18.

CAPVT SEPTIMVM.

Cap. 7. quo declaratur, nec Dei pollicitatiões (quas offert euangelium) esse omni lege, seu conditione absolutas, sed habere adiunctas cõditiones sibi quasdam, nec eas fide sola posse apprehendi, quorum vtrumque multi temere, & imperite docuerũt. In hoc cœtu Bucerus, Melanct. Aepinus, vt alij cõplures illi' furfuris ac factiõis, reperiũtur.

Duos

Aepinus perperam asserit explanans Psal.19. Euangelij promissiones absolutas penitus esse, nec fieri in tuitu nostræ dignitatis uel indignitatis, obedientiæ aut inobedientiæ.

VOS hos errores, cum sint tum luculenti tum crassi, non est mihi animꝰ multis refellere, sed paucis dūtaxat, ne, cō tradicēte nemine, vicissē indocti isti videantur. Quod vero ad priorem attinet, qui est Dei euangelicas promissiones esse penitus absolutas, nec habere vllas copulatas conditiones, quis non cernat clare illud Geneseos. Nōne si bene egeris, recipies? manifeste satis illum refutāre? Item Esaiæ.1. Si volueritis. & me audieritis, bona terræ comedetis &c. Esaiæ.30. Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis. Hieremiæ.18. Si pœnitentiā egerit gens illa &c. Ezechielis.18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis &c. vita viuet &c. Matth. sexto. Si dimiseritis hominibus &c. Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit &c. Ioannis. 13. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis illa. Ro.6. Si cō plantati &c. Rom.8. Si facta carnis mortificaueritis viuetis. Itē. Filij Dei sumus, si filij, & hæredes Dei, cohæredes Christi, si tamen

tamen compatimur, vt conglorificemur. Rom.10. Si confitearis, &c.1.Tim.2.Si permanserit in fide, &c.2.Tim.2. Si commortui fuerimus, cõuiuemus, si sustinebimus, conregnabimus.Heb.3. Quæ domus(scilicet Christi in qua is est,) nos sumus, si fiduciã & gloriã spei vsq3 ad finem, firmã retineamus. Item paulo infra. Participes Christi effecti sumus,si tamẽ initium substantię eius vsq3 ad finẽ firmũ retineam', id est, per fidẽ sumus illi adglutinati atq3 mẽbra quędam corporis, cuius ipse est caput, effecti: cum illo glorificandi, si tamẽ credere perseuerauerimus vsq3 in finem vitæ nostræ, quia fides est initium substantiæ eius, vt per quam nos spiritualiter subsistimus in eo, & ille in nobis subsistit. Apoca.3. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, &c.Apoca.2. Nisi pœnitentiã egeris, &c. Matth.5. Nisi abundauerit iusticia, &c. Matth.17.Hoc genus, &c. Matth.18. Nisi conuersi fueritis, &c.Ioan.6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Ioan. 15.Nisi in me mãseritis, &c. Quis adeo cæ

cus est, vt nō videat hos locos scripturę, hisque similes alios multos, qui obuij sunt passim in scripturis, abunde conuincere falsos esse, qui asserunt promissiones gratiæ & gloriæ esse absolutas, & conditione quauis solutas ac liberas? Quod vero ad hanc rem attinet, existimaui satis esse, si vel indicis munere functus fuerim, quā do adscriptos locos expendere cuiuis fuerit procliue. Iam posteriorē errorem breuiter refutem', qui est, Misericordiā Dei & illius promissa sola fide apprehēdi. Hic ante omnia cōstituam, Dei misericordiā nos anteire, vt iustificemur, & admissorum nostrorum veniam assequamur, Psal. 58. & subseq, vt ꝓbe vitā exigamus, Psal. 22, deniq; ꝑ eā nos gloriā cælestē assequ. Psalm. 102. Qui coronat nos in mia Hæc, inquā, nemo doctus & vere catholicus vn quā inficiabitur, sed vt nulla harum miarum sola apꝑhenditur fide, quēadmodum diuersa sacrorum voluminum loca testātur manifestissime, ita induxi in animum meum, solum de prima misericordiæ spe cie, qua iustificatio fit, impręsētiarum differere

ſerere, quandoquidem de ratione compa
randæ iuſticiæ, & veniæ criminum noſtro
rum, inſtitui certamen atq; adeo commẽ
tationem quãdam. Hanc miſericordiam
apprehendi baptiſmo, timore, ſpe, pœni-
tentia, oratione, atq; confeſsione flagitio
rum, non tantum fide, paucis oſtendetur.
Nã q; baptiſmo apprehenditur, vel hi lo-
ci teſtãtur, nempe Ioa. 3. Niſi quis renatus
&c. Mar. vltimo. Qui crediderit, & bapti
zatus fuerit, ſaluus erit. 1. iuſtificatus. Nam
complures credunt, & baptizantur quo-
que, qui æterna ſalute nunq; am potien-
tur. Galat. tertio. Quicumque in Chriſto
baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Ephe.
quinto. Chriſtus mundat Eccleſiam laua
cro aquæ in verbo vitæ. Timothe. tertio.
Saluos nos fecit ſecundum ſuã miſericor
diã per lauacrũ regeneratiõis & renoua-
tiõis ſpirit' ſancti, &c. 1. Pet. 3. Vos nunc ſi
milis formæ ſaluos facit baptiſma. Docẽt
ne hi loci fide ſola ſine baptiſmo mĩam
Dei nõ apprehẽdi? Quod autẽ Dei miſeri
cordia & p̃miſſa illius gratia apprehendi
tur oratiõe, conſtat ex his ſcripturę locis.

Precibus misericordia Dei apprehenditur. Hebræ 4. Adeamus cũ fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam cõſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Hic locus uel ſolus par eſt ſolus fidei aſſertoribus os obſtruere.

Oculi noſtri ad Dominum donec miſereatur noſtri, Pſal.123. Malachię.1. Deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri. Et quia in ore duorum (vt inquit Chriſtus) vel trium ſtat omne verbum, addam ſolum tertium teſtem, nempe Chriſtum, ipſiſsimam veritatem mentiri neſciam. Qui debitor erat decem millium talẽtorum, cùm non eſſet ſoluendo, procidens orabat. Patientiam (inquiens creditori) habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem Dominus ſerui, dimiſit eum, & debitum ei remiſit. Matthæi decimo octauo. Vides ne hic peccata eſſe condonata orãti? Timore quoque Dei miſericordia, & promiſſa delictorum venia apprehendi queat, quemadmodum qui eueſtigio hic ſubnectũtur loci, reuincunt ſatis. Pſal. 102. Miſertus eſt Dominus timentibus ſe. Lucæ.1. Miſericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum. Sed plenius de timore, ꝓximo diſſerem' capite. Porro ſpe apprehẽdi miſericordiam Dei, ille Dauidis verſus ſatis oſtendit. Sperantem autem miſericordia circundabit, Pſal.31.

de

de quo infra accuratius paulo. Nam hic vel attigisse satis erit. Sub hæc, quis est ne scius misericordiá & gratiam apprehẽdi contritione cordis & pœnitentia, qui le gerit, Misertus est Dominus pœnitentibus? Per pœnitentiam, Niniuitæ imminentem vltionẽ Dei ob illorum scelera, nisi maturius vitam emendassent, irrogãdam effugerunt. Id quod sic testatur Ionas dicens. Vidit Deus opera illorum, & misertus est illis. Ionæ.3. At de pœnitentiæ commodis supra satis egimus. Adde his, lector, quód delicta tolluntur, & Dei misericordia apprehẽditur agnitione, seu confessione ad missorum. Nam Salomon hoc reliquit orbi testatum dicens. Qui absconderit delicta sua, non dirigetur, qui autem ea confessus fuerit, & reliquerit illa, misericordiá consequetur. Et vt semel absoluam, misericordia Dei nostra misericordia proximo impensa apprehenditur, iuxta illud Christi. Beati misericordes, quoniá ipsi misericordiam cõsequẽtur. Matthæi 5. Quid quód dilectiõe & Dei mãdatorũ impletiõe, misericordia apprehendi possit Prouer.28

sit iuxta illud Mosaicum. Ego Dominus Deus tuus &c. faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt mandata mea? Sed de hac re satis. Iam de timore differam docturus illo præparari hominis mentem, vt capax sit gratiæ, atq; iustificetur, vt illud non sit solius fidei munus, licet quosdam id asserere nihil de pudeat.

Exod. 20. Deuter. 5.

De Timore. Caput octauum ostendens illum etiam serui ē conferre nonnihil ad comparandā admissorum indulgē tiam, vt homo ex iniusto euadat iustus

DICAM lector, in hac re compendio, quippe adducturus de ea dumtaxat præcipua quædam, & selecta, quæ maxime accommoda negocio trāsigendo videbuntur. Ecclesiastici primo scribuntur istæc. Initium sapientiæ timor Domini. Item. Radix sapientię timere Dominum. Quorsum hæc dixisset Ecclesiasticus, si timor adeo nihil conferret ad hominis iustificationē, vt illi parandæ obes-

set

set, vel saltem esset ociosus penitus? At audi quæ mox sequuntur, vt quæ luculentiora sunt, & non paulo cogentiora. Timor Domini expellit peccatum. Quid est expellere peccatum, si non sit conducere nonnihil ad parandam gratiam, & remissionem culparum? Sed dices mihi aliud esse, nimirum arcere à perpetrandis flagitiis, quæ alioqui designaret homo. Per bella sane responsio, & tali rabbino non indigna. Quis enim dixerit vnquam idem esse ac pollere, expellere peccatum ex mente hominis, et efficere ne is postea peccet. Deinde ne tã violẽte intelligatur locus, quæ mox appinguntur per ætiologiã seu rationis subductionẽ, obluctãtur apertissime, nẽpe hæc. Nã qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Quur ad hęc conniuẽt Lutheri asseclæ, & consectanei? Quemad modum spiritus sanct' ore Paulino testatus est, sine fide neminẽ posse Deo placere, nec iustificari igitur sine ea potest quisquam, ita idem per Ecclesiasticum effert iustificari. 1. ex iniusto iustum fieri non posse, qui timore Dei sit destitutus. Hebræ. 11.

Qua

Quare vtrumque nõ amplectimur? Quã-obrem proram & puppim iuſtificationis ſoli tribuimus fidei, contra tam luculentũ ſcripturæ ſacrę teſtimonium? At ſatis eſt, qua cœpimus via progredi, ac plures adhuc hac de re locos é penu ſacrorum codicum conferre. Adde itaq; his, quod Ecclesiaſt. 21. ſcriptum proditur his verbis. Qui timet Dominum, couertetur ad cor ſuum. Leberide ſeu talpa cæciorem eſſe oportet, qui non clare cernat, hunc locũ poſſe perſuadere cuiuis non nimium iurato in verba magiſtri, nec nimis pertinaci ſuæ ſententię defenſori, timorem adferre nonnihil adiumenti ad gratiam & iuſtificationem hominis, quippe qui pellicit eum ad pœnitẽtiam & mentem ſaniorem vt hinc iuſtificetur. Adegit ne ſupplicij metus Niniuitas ad vitæ emendationem, qua redierunt cum Deo in gratiã, ac noxiarum aſſecuti ſunt indulgentiam? Ne nega, ne aduerſus ſolem loquaris, ac repugnes clariſsimis. Hinc Dauid precabatur. Confige timore carnes meas. Pſal. 118. Impuiit ne hic timor debitorẽ decẽ millium talento-

tom. 3.

talentorum, vt procidēs obſecraret. Do- Matth.18.
mine patientiam habe in me, & reddam
tibi, vt vel illo nomine debita ſua illi eñet
remiſſa? Eſaias à me ſtat aperte dicens. Si Eſaiæ.26.
cut quæ concepit, cùm appropinquauerit
ad partum, dolens clamat in doloribus ſu
is, ſic facti ſum' à facie tua Domine. Con
cepimus & quaſi parturiuimus, & peperi
mus ſpiritum. Hoc eſt, (interprete Diuo
Hieronymo) Sicut ad partum mulier ap-
propinquans, dolore cogitur exclamare,
ſic nos in anguſtia requirimus te, & à fa-
cie formidinis tuæ concepimus, & par-
turiuimus & peperimus, non carnis libe-
ros, ſed ſpiritus, vt tota in te mente cre-
damus, vt quē per beneficia nó ſenſimus,
per tormenta diſcamus. Septuaginta in-
terpretes traduxerunt, Propter timorem
tuum Domine in vtero accepimus, & par
turiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis
tuæ, & ideo Hiero. aſſerit legi poſſe, Pro
pter timorem tuum Domine in vtero ac-
cepimus. Vtrumq3 ad id pertinet (inquit
Hieronymus) vt ex timore, & recordati-
one Domini concipiamus Dei ſermonē,

&

& illuminetur cor noſtrum. Hæc Eſaiæ & Hieroni. verba docét, timorem ſeruilem vtilem eſſe parandæ iuſtificationi hominis. Accedit ad hęc illud Diui Petri Actorum decimo inquientis. In veritate comperio, qúod nō eſt acceptor perſonarum Deus, ſed in omni gente, quæ timet Deum, & operatur iuſticiam acceptus eſt illi vel acceptabilis, vt Ireneus libro tertio, cap. duodecimo legit. Confine quoque his eſt & illud Eccleſiaſtici vigeſimo quinto. Timor Domini principium dilectionis. Prodeſt ne illud ad iuſtificationem, quod auſpicium eſt, & exordium charitatis, ſine qua nec fides prodeſt, vt Paulus & Auguſtinus ſunt mihi autores? Perpulchra ſimilitudine monſtrat Diuus Auguſtinus, quomodo timor Domini initium ſit dilectionis Dei, eamque introducat in hominis mentem. Nam is ſic habet. Sunt homines, qui timent gehēnam, ipſe eſt timor, qui introducit charitatem, ſed ſic venit, vt exeat. Ex eo qúod mala caues, corrigis te, & incipis bona deſiderare. Cumque bona deſiderare cœperis,

Actor. 10.

2. Corin. 13 Galat. 5. Lib. 15. ca. 18. de trin.

Tractat 9. in primam Ioan. epiſtolam.

ris, erit in te timor castus. Timor locum præparat charitati. Hæc Diuus Augustinus dilucide ostendens, quam sit commodus & vtilis timor seruilis, quo supplicium reformidamus, quod irrogari nobis scelerum nostrorum nomine posset, ad parandam iustificationem. vt quæ sine charitate non fit vnquam, vt Bucerus Lutheranorũ coryphæ' in comitijs Ratisponensis vltimæ collocutionis asserere adactus est à suo antagonista & colluctatore Maluenda, viro, vt mihi subapparet ex illo doctissimo colloquio, multis nominib' suspiciendo, ac præsertim raræ doctrinæ & multę lectionis. Sed redeo à digressione ad meum institutũ, ac prodeat in hanc arenam Antiochus græcus autor peruetustus, is sic loquitur. Quisquis synceriter timet Deum, multo admodum negocio ad perfectionem diuinæ charitatis prouehitur, atquè eo efficitur Christi discipulus, & amicus. Perge iam si libet impudenter astruere timorem nihil prodesse ad iustificationem, postquam hic Antiochus asserit eo prouehi

Maluenda bene audit uel suo merito, ut qui principem chori Lutherani deiecit.

Homi. 127.

hominem

hominem ad diuini amoris perfectionẽ, vt ſic fiat Chriſti diſcipulus, & amicus. Quid enim hoc eſt, ſi non ſit hoc pacto iuſtum fieri hominem? Num id ſibi vult propheta dicens, Initium ſapiẽtię timor Domini? Audi Cyprianum in eadem verba. Fundamentum (inquit) & firmamentum fidei & ſpei eſſe timorem patet, Pſal. 110. Initium ſapientiæ timor Domini. Si fides, & ſpes nituntur timore tanquam baſi quadam & ſubſterniculo, quis adeo cæcutit, vt non videat quàm vtilis ſit, immo quàm neceſſarius ad iuſtificationem hic ſeruilis timor? Vbi metus (inquit Tertullianus) nullus, emendatio proinde nulla. Cui D. Baſilius ſuffragatur dicens. Timor expellit omnem in animis noſtris affectuoſam degentem cogitationem. Rurſus in illum Dauidis verſum. Timeat Dominum omnis terra, hæc depromit. Neceſſario enim velut introductorius ad pietatem timor aſſumitur. Dilectio vero deinceps ſuccedens à timore ſcientifico, adoptatos perficit. Patrocinãtur his, vel hi duo ſcripturę loci, vt alij complures. Timor Domini

Pſalm. 110

Lib. 3. ca. 20. aduerſus Iudeos

Lib. de penite.

Baſilius in Hexameron.

fons

fons vitæ. Prou. 14. Timor Domini ad vitã. Vita ergo gratiæ, & gloriæ perpetis, é timore veluti ex fonte aqua emanat. Teſtatur ſcriptura, teſtantur & optimi quique iuxta ac antiquiſsimi ſcriptores, per timorem exigi é mente noſtra delictum, quod ſatis cõuincit, illum anteire eiectionem peccati, & remiſsionem illius, atque eum nec peccatum eſſe, nec opus inane. Nam peccatum peccato nõ exigitur, nec id merito inane cenſebitur, quo peccatũ ex hominis anima profligatur, ne erres ó bone. Verum profiliat nunc tãdem in hoc certamen Arnobi' Lactantij olim Didaſcalus, qui ſic loquitur in illud prophetæ. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eos, qui ſperant in miſericordia eius. Deus (inquit ille) non affectu ducitur, vt ab hominibus timeatur, ſed miſericordia totus, dum miſereri ſtudet homini, vult ex imperio timoris fieri, qđ profuturum ipſi homini pro certo cognoſcit. Vt nõ dubites illum verba facere de timore ſeruili, & ſupplicij metu, illico attexit exemplum de diſcipulorum metu,

Eccleſ. 1.

Arnobius. Pſal. 146.

tu, quo formidant ne vapulent, dentque præceptori pœnas admissorum nomine. Audiuimus ipsum præceptorem, nunc discipulum illius audiamus in hunc modum loquentem obis. Peccati conscientia, & metus pœnæ religiosiorem facit, & semper multo firmior est, quem pœnitentia reponit. Taceo hic, quod Cassianus luculente asserat, timorem Domini seruilē esse nostræ salutis principium, vt per quem pœnitentiam agimus & vitia nostra expiantur. Hoc non ignorans Ioannes Baptista, sic adorsus est Iudæos, illis timorē incutiens Genimina viperarum, quis ostendit vos fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, q̄ nō facit fructum bonū, excidetur, & in ignē mittetur. Hæc Baptista, nec is solus, sed & Christus ipse. Asseres ergo hunc timorem nihil conducere ad gratiam & iustificationem, præsertim vbi memineris. quoties gehennæ, ignis æterni, tenebrarum externarum, fletus & stridoris dentium, & haud dissimilium terricu-

Lactantius lib. 5 de iustitia Cap. 13.

Lib 4. ca. 39

Luca. 3.

terriculamẽtorũ, in Biblijs ſacris mentio inijcitur atque memoria refricatur? Iam Baſilij ſententia huic capiti ſupremã manũ imponet, quę ſic effertur. Principium ſapientiæ timor Domini. Prouer 1. Timor eſt purgatio animæ, iuxta prophetæ prędictionem dicentis. Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Quandoquidem in maleuolam animam non ingreditur ſapientia, purgat prius per diuinum timorem animas eorum, quib' cum conuerſationem habere volet. Hæc ille. Iam proximum inſtituetur caput.

Concluſio quædam in imitatione Prouerbiorum Salomonis.

CAPVT NONVM.

Caput nonum, in quo docetur eleemoſynis præſtrui viam ac tanquam feneſtrã aperiri ad gratiam, & iuſtificationem, aduerſus illorum craſſum, & exitioſum errorem, qui pernegant vlla eſſe opera præparatoria, & fidem aſſerentes ex ſeſe ſolam eſſe id, quo fit iuſtificatio, & Dei miſericordia apprehenditur.

Quo

Vo autem hoc persua-
deatur commodi', quod
titulus & argumẽtum is-
tius capitis ꝓmiserit, con
silium mihi est primum
scripturæ locos aliquot
selectiores, & instituto huic firmando ac
commodatiores huc adscribere, deinde
doctorum quorundam antiquissimorum
ac doctissimorum sententias quasdam, q̃
huic rei maxime inseruire videbũtur sub
texam, quibus videant, qui mecum digla
diantur & congrediuntur, me sacrorum
voluminum testimonia haud secus intel-
lecta prodere, quàm ab optimis quibusq;
eorundem interpretib' fuerint multis re-
tro sæculis intellecta. At telam hanc
texam, vt tandem pertexatur. Salomon a
it. Per misericordiam & fidem purgãtur
peccata. Prouerb. 15. Ignatius epistola. 9.
Pauperibus secundum quod habueris, be
nefacere ne neglexeris. Eleemosyna e-
nim & fide purgantur peccata. Idem Cy
prianus lib. 3. aduersus Iudæos cap. 1. Au-
din tu, qui soli fidei tribuis vim iustifican-
di?

di? Non pudet te, puderet autem, si non exuisses omnẽ pudorem, id soli fidei ferre acceptum, quod scriptura misericordiæ, non soli fidei, adscribit? Rursus Salomon ait. Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Quid ais Salomõ? Adscisne misericordiæ & veritati, iniquitatis redemptionẽ, & nõ soli fidei in Dominum, vt apud quem est copiosa redemptio, vt Dauid cecinit? Quód eleemosyna sit organum assequendæ iustificationis & remissiõis, vel Danielis liqueat testimonio dicẽtis Nabuchodonosori regi. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. In eludendo hoc testimonio quàm sese isti torserunt, quàmque coactas & violentas, ne quid dicam acerbius, commenti sunt enarrationes, ne cogantur agnitæ veritati calculum suum addere, atq; in catholicorum concedere sententiam maxime orthodoxam, & genuinam? Quorum vanissimis glossematis vale factis, Hieronymum proferam in eundẽ prophetæ locum. Is sic habet. Sci-

Prouer. 16

Daniel. 4.

Aspinus in Psal. 19. ait. Non differt Daniel de modo iustificationis, sed dat consilium reconciliandi Deum offensum, pla-

endum

candi eius iram & declinandi immi nentia diuine ultionis pericula perinde ac si hæc posint fieri absque remissione pctorũ que statuit Deus ulcisci, Potest ne ira Dei placari nisi per resipiscentiam & beneficentiam erga indigos fidei adnexam condonentur noxæ, ac sic fiat homo iustus ex iniusto. Si ergo Nabuchodo. obsecutus fuisset Danielis consilio assecutus fuisset delictorũ ueniam, euasisset iustus, non tantum redemisset commeritas penas.

endum est, quod si Nabuchodonosor bona opera facienti venia remittitur, multo magis alijs remitti tur, qui leuiora commiserunt peccata. Ecce D. Hieron. hunc Danielis locum de remissione peccatorum edisserit. Cuius sensum iuuat, ac germanum esse vel hęc ipsius cõtextus verba protinus insequentia abunde probant. Forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Vnius indubie D. Hier. iudicium vt apud me, ita apud oẽs veri ipsi' studiosos & amantes, plus ponderis & autoritatis habet, quam mille Lutheranorum, vt quos cum illo nihilo melius composueris, aut conferis, quàm cum Pegaso testudinem, aut cancros lepori, vt habẽt adagiones illæ. Ad hãc normam pertinet & illud Tobiæ. 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat, nimirum vt quędam passionis Christi accommodatio, qui solus meritorie liberat, Ioã. 8. Si filius, &c. vt Deus effectiue. Si vero eleemo

Tobiæ, 4.

Aepinus in Psal. 19. de præmijs legis, ait, intelligendum istud Tobiæ, non de precio remissionis peccatorum et vita æterna, sed aut tantum idque cõtra locis sensum nationum & Cypria.

eleemosynę, & officia pietatis non admi niculare̅tur homini peccatis adhuc obno xio, quo ad remissionem suarum noxia- rum aspiret facilius, quorsum attineret il lud Salomonis. Redemptio animæ viri ꝓ prię diuitiæ? Quorsum illud Christi a- pud Lucam, De eo, quod superest date e leemosynas, & ecce omnia munda sunt vobis? Quem locum edisserẽtem audi O riginem, & hunc secutum D. Cyrillum, viros cúm antiquos, tum cum pri- mis eruditos, nedum pios, probos que. Illi sic habent. Tertia peccato rum remissio est, quæ per eleemo- synam datur. Dicit enim saluator. Veruntamen date, quæ habetis, & ecce omnia munda sunt vobis. Za chæus dixit. Ecce Domine dimidi- um omnium bonorum do pauperi bus, & si quẽ fraudaui, reddo qua- druplum. Num hæc dimidij bono- rum dispartitio pauperibus facta, Zachæo nihil attulit auxilij ad re missionem illius admissorum? Quis hoc dixerit vel mediocriter do-

lib, aut sermo, de Eleemosy,

Prouer, 13, Lucæ, 18, Cyprianus lib, 2, cap, 1, aduersus Iudæos,

Origenes Hom, 2. in Leuiti, & Cyrillus lib, 15, comment, in eundem,

Annon equius longe est his uiris impẽse doctis fidem potius adhibere quã Aepino, qui edisserens, Psal, 19, ridicule hũc locum enarrat dicens. Quæ Christus de puritate ciborum ac rerum loquitur, aduersarij nostri insulse ad personarum purificationem applicant, perinde ac si Chri. uoluit Pharisæos mundos fieri largitione eleemosynarum. hæc ille,

Luca, 19. Cypria, serm, de eleemosyna. Christus eos Abrahæ filios dicit, quos in iuuandis alẽdisque pauperibus operarios cernit

ctus, postquàm pensiculatius & diligentius textus verba, quæ statim ibi sequuntur, apud animum suum expenderit? Sic enim habent verba. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est, eó quód & ipse filius sit Abrahæ. Annon vides hic nos effici posse filios Abrahæ, per eleemosynas non tantum per fidem? Nescis quòd quisquis est Abrahæ filius, idem sit Dei filius & iustificatus? Verum præstat audire Diui Irenei verba in hunc Lucæ contextum, nempe hæc. Docebat Christus, vt facerent pręcepta, quę ab initio præcepit Deus, & vt veterem cupiditatem per bona opera soluerent, & Christum sequerentur. Quoniam autem ea, quæ possidentur, pauperibus diuisa, solutionem faciunt præteritę cupiditatis, Zachæus manifestum facit dicẽs. Ecce dimidium, &c. Diuus Chrysostomus approbat nostram sententiam inquiens. Eleemosyna Christi adstat tribunali, non tantum patrocinans, verum & ipsi persuadens iudici, vt reo patrocinium præstet, & pro eo sententiam ferat, & li

Ireneus: lib. 4. cap. 26

Chrysost Tom. 4. Homi. 33. ad popul. Antio. & concione 4, Nulla est uenia e

cet

cet millies peccauerit, coronat & victorem promulgat. Ait enim Christus. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Quàm pugnent ista cum assertione solius fidei, pistillo retusius, & vehementer stupidum oportet esse ingenium quod non intelligat. Haud secus hunc diui Lucæ cõtextum intellexit Augustinus scribens scelera hominis remitti, & mundari varijs modis Mundantur peccata & eleemosynis ab illo, qui ait. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis Lucæ vndecimo. Præter hæc D. Chrysostomus apertissime asserit eleemosynam iustificare hominem inquiens. Iusticiam hoc loco misericordiam vocauit. Etenim iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis consumens, quando cum liberalitate effuderis. Zachæus enim aiebat. Ecce dimidium bonorum, &c. Lucæ decimo nono. Rursus Homilia in. 2. Cor. 2. Iam & hoc diluit peccata, si in rebus aduersis agas gratias, sed omnium pręcipua est eleemosyna. Numera nunc remedia, quæ tuis medẽtur vulnerib', omniaq; ap-

leemosynã non exhibenti.

Lucæ 11. Date, &c.

Lib. 2. cap. 12. contra Cresconium grammaticum,

Chrysost. in id, 2. Corinth, 9 Iustitia eius, &c.

Multa sũt remedia, quæ peccata tollunt Chrysost.

pone ſemper, humilitatem, confeſsionẽ, obliuionem iniuriarum, & officio ſubueniendi ſtudium, aſsiduamq3 precationẽ. Hactenus ille, non vnum afferens ſanandis animæ morbis remedium, vt Lutherani ſolam, neſcio quam, fidem. Eodem pertinet & illud D. Baſilij. Diſpẽſatio opum ſecundum mandatum Dei, ad multa, & maxime nobis neceſſaria conducit, aliquãdo quidem ad purgationẽ propriorũ delictorum. Quapropter ſcriptum eſt. Veruntamẽ quę ſuperſunt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis,

Baſilius quæſt. 92. compendio explicata.

Luca. 11. Tom. 10. Homil 29.

Lucæ. 11. Augustinus ab hac ſententia nõ receſsit dicẽs. Sacrificium Chriſtiani eſt eleemoſyna in pauperem. Hinc enim fit Deus peccatis propitius. Hoc autem verum eſſe non poteſt, ſi quicquid iuſtificantem anteit fidem, aut vitio homini eſt dãdum, aut opus inane, aut deniq3 nihil cõfert ad impetrãdam gratiam, & commiſſorum veniam. Verum loquatur D. Ambroſius. Habemus etiam plura ſubſidia (non ait ſolam fidem) quibus peccata noſtra redimam'. Pecuniam habes, redime

Ambroſius lib. de Heha & ieiunio. ca. 20

peccatum

peccatum tutum. Nam eleemosyna à peccato liberat, vt ait Tobias, & Salomon. Iterum ait. Nullum est tam graue delictum, quod non purgetur abstinentia, eleemosynis extinguatur. Eccle. 3. Sicut aqua extinguit ignē ita eleemosyna peccatū, Ambrosius hic & Cypria. lib. 3. aduersus Iudæos. His confine est illud Lactantij. Magna est misericordiæ merces, cui Deus pollicetur omnia peccata se remissurum. Rursus. Quoties rogaris, scilicet ab egeno, stipem erogare, tētari te à Deo crede, an sis dignus exaudiri. Circumspice conscientiam tuam, & quantum potes, medere vulneribus, nec tamen, quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiā peccandi putes. Abolentur enim, si ideo largiare, quia peccaueras. Quód si mortalis conditio non patitur hominē esse ab omni macula purum, debēt ergo perpetua largitione peccata carnis aboleri. Hæc ille, atq; his non pauca similia. Hæc manifesta sunt, & efficacia, sed & ista non minus, quæ ex Cypriani prodeunt officina. Is enim sic inquit. Remedia

Tobie. 4. Prouer 15.

Lactantius li. 6. de uero cultu cap. 12. & 13.

Cyprianus sermone de eleemosyna.

pro

propitiando Deo, ipsius Dei verbis, data sunt, quid deberēt facere peccātes, magisteria diuina docuerunt. Operationibus iustis Deo satis fieri, misericordiæ meritis peccata purgari, & apud Salomonem legimus. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hic (aliàs hæc) pro te orabit ab omni malo. Paulo infra post recensita duo testimonia ex scripturis ait. Quorum præceptorum memor Daniel, cum rex Nabuchodonosor aduerso somnio territus æstuaret, pro auertendis malis ac mitigandis, diuina ope impetranda remedium dedit dicens. Propterea rex meum consilium placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, ac iniustitias tuas miserationibus pauperum, & erit Deus parcens peccatis tuis. Ac dicas Nabuchodonosorem fuisse iam fide iustificatum, & ideo non esse Danielem prophetam adhortatum illum vt eleemosynis, &c. quo abolerentur illius vitia, & ipse iustus euadat. Audi quæ mox insequuntur apud Cyprianum. Cui rex non obtemperans, aduersa, quæ viderat, & infesta

Meritum congrui

Eccle. 29.

Dani. 4.

Cypria. sermone de eleemo.

festa perpessus est, quæ euadere, & vitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset. Docent ne hæc Cypriani verba Nabuchodo. fuisse adhuc peccatis obnoxium, cum sic illi consuluerit Daniel. Et quid opus fuerit ad Cypria. confugere, vt illud persuasum sit, cúm illud conuincat textus Danielis ipse dicẽs, Forsitan ignoscet peccatis tuis Deus. Quorsum hæc dixisset propheta numinis afflatu, si iam antea rex hic iustificatus fuisset? Acta ne agit Deus? Accedit his qđ Origenes asserat hunc regem adhuc improbum fuisse, & peccatis obnoxiũ, cúm istud consilij dedisset illi propheta. At recipio me ad Cyprianum dicentẽ. Raphael quôq3 angel' paria testatur, & vt eleemosyna libẽter, & largiter fiat, hortatur dicens. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, quia & eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata. Habebis ne fidem angelo Dei, asserenti purgari delicta per eleemosynam, potius quàm Lutheranorum vlli, purgationem vitiorum soli fidei tribuenti?

Homi. 35. in Matth.

Tobiæ. 12.

Amplex-

Amplexandum est illud. Deus fide purificat corda eorum, sed nō minus hoc Eleemosyna purgat peccata, quippe qđ vtroque purgat Deus licet varie, iuxta illud Salomonis, Per misericordiam, & fidem purgantur peccata. Quód autem misericordiæ officium conferat non parum ad iustificationem hominis, id satis ostēdit, quòd illo misericordiam assequimur, vt Christus testatur dicens. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Cyprianus. Neque enim promereri misericordiā Domini poterit, qui misericors ipse nō fuerit, aut impetrabit de diuina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis nō fuerit humanus. Sed hæc ex Cypriano deprompsisse fuerit satis. Beatissimus Nilus episcopus, & martyr, vir non eruditus modo & probus, sed & venerandæ antiquitatis, nostræ huic sententiæ suffragatur dicens. Si potus aquæ frigidę iustificat misericordem, quā retributionem pauperibus denegantem manere existimas? Iam finem capiti huic imponet D. Gregorius Nazanze. dicens.

Prouer. 15.

Matth. 5.

Sermone de eleem.

Raab

Raab meretricem in alijs non laudandā, solum iustificauit hospitalitas. Doctissim' iste, simul & integerrimus pater, asserit hanc mulierem solum iustificasse hospitalitatē, cū illa exploratores receperit, &c. & te non pudet iustificationem hominis soli adscribere fidei, idque longe alio sensu quàm ante te asseruerit quisquàm pie eruditus? Quanta est hęc arrogantia? Quāta insciti a, ne dicam, malitia? Cæterum omissis his, quod proximum est, aggredi amur, maiori in hoc, quàm ante in alijs, vsuri compendio, ne libellus iusto prodeat prolixior.

Nazianz. ora. in sanctum Iana crum.

CAPVT DECIMVM.

Caput decimum de oratione differens.

QVOD oratio conducat plurimum ad parandam Dei gratiam, atque adeo ad iustificationem hominis, nihil est testatius in sacris literis reliquum. Nam alioqui quorsum spectarent hi & eiusmodi alij scripturæ loci. Quisquis inuocauerit

Ioelis, 2. Mat. 6. 7. cauerit nomen Domini, saluus erit? Matthæi sexto. Sic orabitis, dimitte nobis debita nostra, petite, & accipietis. Hoc genus dæmoniorum non eijcietur, nisi in oratione & ieiunio. Malachiæ primo, Deprecamini vultum Domini, vt misereatur vestri. Iacobi. 1, Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur ei. Psal. vigesimo nono, Audiuit Dominus, & misertus est mei. Psal. 50, Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationũ tuarum dele iniquitatem meam. Hinc D. Gregorius Nazanz. Completa vero die gratiarum actio fiat, ita vt de ijs omnib' nimirum patratis flagitijs, Deum per preces placemus. Chrysost. succinit his sane verbis. Quid maius, ac diuinius obtingere possit, quàm deprecatio, cúm hanc animis ægrotantibus pharmacum quoddam esse liqueat? Itaq; primi occurrunt Niniuitæ, quos clarum est deprecationis præsidio plurimorum scelerum, quibus diuinam iram in se prouocarãt, remissionem accepisse. Hoccine est preces nihil cõferre ad

Matth. 17.

Basilius. quæst, diffuse explicata, 37.

Tom, 1, lib, 1 de orando Deum,

Psal, 29. Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me,

rũ ad iuſtificationem? Sed audi mox ſequentia apud hunc. Simul enim atq; illos cœpit deprecãdi ſtudiũ, illico iuſtos reddidit. Iam vero & mulier quædam, quæ totum vitæ tempus in laſciuia ac impudicitia peregerat, ſimulatq; ſe proiecit ad pedes Chriſti, ſalutem aſſecuta eſt. Proinde deprecatio non ſolum purgat à peccatis, verum ingentia depellit pericula. Rurſus idem. Quid quòd & Niniuitis deprecatio ſaluti fuit, quę cito depulit iram cœlitus imminentem, citoq; vitam corruptam emendauit? Iam vero quòd animam peccatis obnoxiam deprecatio purã reddit, docet nos Publicanus ille, qui petijt à Deo remiſsionem peccatorum, & impetrauit. Affert ergo ad iuſtificationem nihil adiumenti oratio hominis, aut fuit hic Publicanus iuſtificatus antequàm templum ſubierit precatum? Manaſſes rex Iuda ſic Deum precibus ſollicitauit. Tu autem Domine, ſecundum bonitatem tuam promiſiſti pœnitẽtiam remiſsionis peccatorum, & tu Deus iuſtorum non poſuiſti pœnitentiam iuſtis

Lib. 2. de orando Deum.

2. Paral. 33.

Abra-

Abraham, Isaac, & Iacob, his, qui tibi nō peccauerunt, quoniam peccaui supernumerum arenæ maris, &c. Et nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatē Dñe. Peccaui Dñe & iniquitatē meā agnosco. Peto rogās te Dñe, remitte mihi, remitte mihi, &c. Hac oratione veluti ꝓuocatus Domin⁹ ignouit illi suas noxas, vt.2. Paralipo.33. liquet his verbis. Qui postquam coanguſtatus est, orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecrauit inten te, & exaudiuit Domin⁹ orationem eius, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses, quòd Domin⁹ ipse esset De⁹. Hæc ibi. Subscribit Tertullianus dicens. Deus Niniuitis exoranti bus misericordiam præstitit. Lege Ionatham, filium Saulis, resignati ieiunij culpam deprecatione deleuisse. Deus est facilis Achab marito Iezabel deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthæ. Istius nō nescius Dauid in hunc modum precabatur. Auerte oculos tuos à peccatis meis,

Lib.5. aduersus Marcionē
lib.4. aduersus Marcionē

&

& omnes iniquitates meas dele. Quo tandem merito (inquit Augustinus) nisi quia item dicit. Iniquitatem ego cognosco, & peccatum meum ante me est semper. Itē precatur Dauid Psal. 40. Ego dixi miserere mei Domine, sana animā meā, quia peccaui tibi. Asserere itaq3, sic peragi iustificationē hominis sola fide, vt nihil prēter eam quicquam ad id conficiendum cōferat, est ex diametro pugnare cum Dei verbo. Nonne aiebat Chrystus in Parabola. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniā rogasti me? Vides ne Christum his verbis ostendisse precationem conducere ad iustificationem, quam pareret Dei dono fides quædam informis. Hunc Matthæi contextum edisserens D. Chrysosto. sic habet. Tu Deum, quem irritasti, sola supplicatione reconciliasti. Hæc Chryso. dictione sola, fidem, & cætera Dei dona, quæ necessario confluunt ad parandam gratiam, non excludēs, quēadmodum nec sola fide, qua subinde vtitur, nec spem, nec pœnitentiā, timorē, charitatem &c. à caussa iustificationis remouit

Psalm. 50. Tom. 3. de penitentia medicina.

Matth. 18.

Chrysost. Homil. 76 ad popu Antioch

mouit. Quomodo filius ille decoctor, & ſuarum rerum dilapidator maximus, ad remiſsionem flagitiorum ſuorum deuenerit? Nonne deprecatione, dicens .Pater peccaui tibi? Incipit dicere (vt ait Baſilius) & pater aſſumit. Chryſo. Homilia 10. de Pœnit. To. 2. ait. Solum à nobis orationem vel paruam exigit, atq3 vniuerſa dimittit nobis peccata. Dico & parabolam i dipſum confirmantem, in qua filius prodig' reſipiſcẽs ait. Pater peccaui &c. Oratione peſtes ſanandæ ſunt mentis, vt inquit Hierony. Accedit Auguſtinus de verbis Domini ſecúdum Lucam, Ser. 28. inquiens. Dic & tu per gratiam, Pater noſter, vt filius merearis eſſe eccleſiæ. Porro autem, non ſola fide, ſed hac coniuncta cum oratiõe, gratiam & remiſsionem cõmiſsorum impetrari, docet Ioel dicens. Quiſquis inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quem locum explicans D. Auguſtinus ſic habet. Qui enim habẽt fidem, qua impetrẽt iuſtificationem, per Dei gratiam peruenerunt ad legem iuſtitiæ. Item ſermone. 15. de verbis Apoſtoli

Baſilius cõtione de penitentia

De regula Monacho,

Cap. 2, Auguſti, epiſto. 106

inquit

quit, Saluus erit, non à peste, febre vel podagra, sed iustus erit. Ista docét fidem esse quandam informem, & illam per Dei auxilium gratiam iustificantem impetrare, quemadmodum voluit Paulus Heb. 4. dicēs. Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Taceo in præsentia innumeros locos, qui hac in re à nobis stātes, passim in scripturis, & doctorum opusculis obuij sunt, atq; pauca dicam de confessione admissorum, vt illam doceamus iustificando homini nonnihil cōducere, non solam fidem.

CAPVT VNDECIMVM.

Caput vndecimum de confessione, qua Deo nos submittimus, & peccata nostra agnoscimus, suffulti spe veniam assequendi. Docetur hic hanc confessionem ad iustificationem non parum conducere, eam q́ ex gratia Dei trahente, & fide informi proficisci.

IAM quòd agnitio scelerum, & eorum cõfessio, quæ Deo fit, cõferat aliquid ad peccatorũ condonationem, atq; hominis iustificationem, breuiter ostendem'. Prouerbiorum. 38. Hic extat locus, qui vel solus satis sit, quo hoc institutum conficiatur, nempe. Qui abscõdit scelera sua nõ dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Abi iam, & nega, si frontis sis perfrictæ, confessionem, & relictionem scelerum, quæ antecedunt iustificationem, nihil conferre ad eam, sed aut esse opera criminosa, quippe quòd nõ sint ex fide iustificante, aut certe incassa esse, & inania. Conducit ne illud ad iustificationem, quo apprehenditur Dei iustificantis misericordia, quale quid esse cõfessionem, adductus iste textus aperte reuincit. Audi D. Ambrosium lib. 10. in Lucam Cap. 22. Petrus maluit peccatum suum (inquit) accusare, vt iustificaretur cõfitendo, quàm vt grauaretur negando.

Eodem

Eodem pertinet illud Esaiæ cap. 43. Dic-
tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris.
Pudet ne te tam manifesto repugnare lo
co, cúm astruis sola fide sic iustificari ho-
minem, vt nihil aliud conducat ad remis-
sionem peccatorum. Accedit his illud
Dauidis in psalmo. Dixi confitebor ad *Psal. 31.*
uersus me iniustitiã meam Domino, &
tu remisisti impietatem. Nunquid il-
lud confert ad remissionem delictorum,
quod Deum pellicit, vt remittat nostrã
iniquitatem? Quorsum alioqui pertinet *1. Ioan. 1.*
id Ioannis. Si confiteamur peccata no-
stra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis
peccata nostra, & emũdet nos ab õni ini-
quitate nostra? Quid adhuc desiderari
potest luculentius? Mox proferentur in
hos ac similes locos antiquorum scripto-
rũ interpretamenta, & iudicia multis am
plectenda nominibus. Quis vero tam est *Lu. 27.*
Lu. 18.
propudius, aut pudere nescius, vt non pu *Lu. 15.*
deat illum ire inficias latronem, publica-
num, filium prodigum, atq; eiusmodi
alios, per cõfessionẽ admissorum aliquid
egisse ad suã iustificatiõem? Frustra suda

runt ne illi, qui adeuntes baptiſma Ioãnis Baptiſtę, quo idonei magis elsẽt ad Chriſtum amplectendum, confitebantur peccata ſua? Ecquid illi operam luſerunt, qui (vt Acta produnt Apoſtolica) credẽtes veniebant ad Paulum, cõfitentes atq; annunciãtes actus ſuos. Miſſa facio in præſentia alia ſcripturæ teſtimonia, quæ certe ſunt quàm plurima, huic perſuaſioni ſuffragantia manifeſtiſsime. Prodeant iam interpretes pro me, immo pro ipſius rei Theologicæ veritate ſtrẽnue decertaturi, & omnium primus D. Ambroſius. Non poteſt quiſquàm à peccato iuſtificari, niſi peccatum antea fuerit confeſſus. Rurſus alibi ait. Ideo ó homo fatere peccatum tuum, vt veniam conſequaris, dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Ad hæc inquit. Mundat fontem cordis iuſtificatio legitima, hoc eſt, confeſsio peccatorum. Publicanus ille, qui peccata propria fatebatur, iuſtificatus magis quàm Phariſæus de templo exiuit. Adde & illis illud eiuſdem. Rex Dauid agnouit errorẽ ſuum, dicẽs, Peccaui Domino, nec erubuit pro

Matth. 3.

Acto. 19.

Ambroſius libro de paradiſo. lib 1. de interpellatione, cap. 5.

Sermone 11 in Pſal. 118.

Sermone. 9 in Pſal. 118

prium

prium peccatum cõfiteri, & ideo dictum est ei. Dominus trãstulit peccatum tuum Rursus. Qui confitetur Domino, exuitur à seruitute. Simul enim atq; confessus fuerit, absoluitur, vt ait Dauid Psal. 31. Dixi confitebor. &c. Mora ergo absolutionis in confitendo est, confessionem sequitur peccatorum remissio. Deinde lib. de institutione virginis inquit. Erroris medicina est confessio. Item loquens de confessione Dauidis ob numerationem populi, ait. Peccatũ suum agnouit, & iniquitatẽ propriam confitendo iustificatus est in semetipso. Eodem pertinet id ex illius officina profectũ. Qui se accusat, & si peccator est, iustus esse incipit. Latro quoqúe, quem Origenes ait sola fide iustificatum fuisse, confessus est peccatum dicẽs. Nos digna recipim⁹. Omitto reliqua Ambrosij loca, & adibo mihi Chrysostomum, qui ait. Quomodo dignum quæso censes te adsequi remissionem peccatorum, quę nunquàm confessus es? Ille penitus est misericordia dignus, & clementia, qui peccasse se confitetur. Si nunc peccatorum

Lib 2 epistola. 7

Cap. 4.

Sermone. 7 in Psal 118

Sermone. 4. in Psal. 118

Luce. 23.

Homilia. 41. ad populum Antio.

sis memor, & ea continuo proferas Deo, & pro ipsis depreceris, ea cito delebis. Item alibi, Peccata tua dicito, vt deleas illa. Denique sic habet. Non est confusio sua accusare peccata, sed iustitia, & virtus. Nam si non esset virtus, non illi mercedem posuisset Deus, habet enim mercedem confessio. Audi quid dicit Deus per Esaiam. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Quis confunditur de opere, à quo fit iustus? Quis confunditur confiteri peccata, vt soluat peccata? Nũ propter hoc iubet te confiteri, vt puniat? Non vt puniat, sed vt ignoscat. Vehementer cæcutire oportet, qui non cernat Chrysostomum sensisse, cõfessionem delictorum conferre ad iustificationem, vt sola fide ea nõ peragatur. Licet idem Chrysostomus enarrans, cap. tertium ad Roma. hoc dicat, vt excludat ceremonias Mosaicę legis iam tum abolitæ, & præcitium opum merita, aut opera sine Dei adiutorio ex cognitióe legis pręstita, à causa iustificationis. Quem locum & id genus alios apud classicos & cory-

Homilia 2. in Psal. 50.

To. 5 ser mone de penit. & confessiõe

Esaiæ. 43.

coryphæos repertos, quidam nō intelligentes hinc colligunt, sola fide sic iustificari hominem, vt nec spes, timor, pœnitentia, oratio, charitas, nec aliquid aliud possit quicquàm adferre adiumenti, quo fiat homo iustus. Verum prodeat iterum Chrysost. citato illo prophetico. Dic tu prior iniquitates vt iustificeris, inquit. Vbi Deus confitentem peccata sua, iustum efficit? In Latrone (inquit), vt nō solum dicat ille consocio. Neq; tu times Deum, & nos quidē iuste digna factis recipimus. Dicit ei Christus. Hodie mecum eris in paradiso. Vides quomodo ex confessione iustus efficitur? Qui conetur istæc verba explicare, is lucernam adhibere in meridie recte dicatur, quippe quæ tam aperte, & efficaciter pugnāt cum solius fidei assertione, vt nihil supra. Eodem pertinet illud Chrysost. de debitore decem millium talentorum. Accesit (inquit) ille ad eum, qui decem millia debebat talē ta, ita vt pœnitētia multa, multisque precibus iudicē mitigarit, & dixerit. Domine patientiā habe in me, & omnia reddā.

To. 2. Homi 3 de pœnitētia

Lu. 23. Latro confessione fit iustus non tamē fide.

To. 2. Homilia. 5. de pœnit.

Matth. 18.

Non

Nõ immoratus ipſe clemens, piusque Deus, vt redderet, ſed in confeſsione debiti ſolutionem fecit, & debitori quidem decem millium talentorum vniuerſa dimiſit, hæc ille. Et adhuc ambiges, num aſſerentes ſolam fidem ſint audiendi? Chryſoſto. Tom. 2. Homi. 2. in Pſal. 50. Quomodo latro ſaluatus eſt, & tanta ſoluit peccata? Scito eũ miſericordia prouocatum, ſed fide ſua tanquàm adminiculo vſum, in eo qđ dixit, Memento, &c. Quid contulit Deus ſaluti ipſius? Remiſsionem videlicet peccatorum. Quid vero intulit latro? Indicium ſalutis ſuæ, confeſsionis fidem. Qualem? Grãdem, excelſam nimis, cœlum tangentem. Poſtremo ſic habet Chryſoſt. (nam complura illius teſtimonia mihi opem ferentia prudens omitto) Iuſt⁹ eſt ſui accuſator in principio ſermonis. Prou. 18. plurimõ enim (inquit Chryſoſto) ad emendanda peccata valet confeſsio. Et non erubeſcis tu inficiari quicquàm præter fidem ad remiſsionem peccatorum conducere? Tam es dementatus, vt cupias tibi potius quàm Chryſoſtomo

Homilia. 20. in Geneſim.

ſtomo fidem habeamus? At audiamus illi co apud Chryſoſto. ſequentia. Confeſsio peccatorum eſt delictorum abolitio. Deus vult contritionem cordis, compunctionem mentis, confeſsionem ruinæ, & nō ſolum largitur curam vulnerum, & mundos à peccatis oſtēdit, ſed & eū, qui antea peccatis innumeris grauabatur, iuſtū efficit, iuxta illud ꝓphetæ. Dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. Prætereo multa Chryſoſto. loca, & proferam quædam ex diuo Auguſtino, qui hoc pacto mihi patrocinatur quàm manifeſtiſsime, poſtquàm illud citarit. Dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris, & id quoque Ioannis. Si confiteamur peccata noſtra, &c. Confeſsio iuſtificat, confeſsio veniam peccatis donat, omnis ſpes veniæ in confeſsiōe conſiſtit. Item. Iuſtus (inquit) ex fide viuit, & Chriſtus iuſtificat impium. Quomodo autem iuſtificat impium, niſi credentem & confitentem? Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſsio ad ſalutem, Romanorum. 10. Ergo & ille latro, quàmuis ex latrocinio ductus ad iudicem, & à iudice ad

Eſaiæ. 43. 1, Ioan, 1. Tomo, 10, ſermone, 3 De prima Dominica in quadrageſima, Sermone de tempore, 67 Auguſt, in Pſal, 34.

Augustin. tractat. in Tom. 44. Publicum asebat Deus propitius, &c Haec confessio meruit iustificationem, Latro non erat iustificatus sola fide, sed et confessione Basilius in hexameron Homilia. 11. Cyprianus aduersus Nouatianum, sermone de passione Domini.

ad crucem, tamen in ipsa cruce iustificatus est. Corde enim credidit, & ore confessus est, hæc ille. Quæ adeo dilucide refutant solius fidei propugnationem, vt nihil desideres amplius, quo id conficiatur negocij. Iam suam sententiam ꝓmat Diuus Basilius, qui hæc habet. Septuplam nobis retributionem peccatoribus indulgebit Dominus, hic per confessionem, & pœnitẽtiam à nobis placatus. Rursus. Dominus hic per confessionem & pœnitentiam à nobis placatur. Concedit in hanc sententiam D. Cyprianus dicens. Deus erit à nobis venerandus, hic tenẽdus, hic per plenam, & dignam nostrã cõfessionẽ propitiandus. Rursus inquit idẽ. Sic in cruce latro confitens non tantum indulgẽtiam meruit, sed Christi familiaris effect', præmissus est in paradisum. Factus est particeps regni, per confessionem collega Martyrij. Apꝓbatur hæc sentẽtia Oecumenio enarrãti illud Actorum. 19. Multi credentium veniebant confitentes & annunciãtes actus suos. Nam is sic loquitur. Oportet quemq; fidelem dicere peccata sua

Oecumenius.

ta sua,& demittere seipsum coarguēdo, vt sic non amplius ea faciat, vt iustificetur,iuxta id,quod dictum est. Dic tu primum iniqtates tuas, vt iustificeris. Quid dilucidius? His assentitur Arnobius citās illud Christi, Qui se humiliat,exaltabitur. Qui se(ait ille)humiliat,id est,qui agens pœnitentiam, sua confitetur peccata,exaltabitur, nimirum per remissionē peccatorum,vt vult Christus parabolice loquens. Sub hæc Tertullianus idem asserit inquiens.Is actus, qui magis græco vocabulo exprimitur, & frequentatur,exomologesis est, qua delictum Domino nostrum confitemur, non quidem vt ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, pœnitentia confessione nascitur,pœnitentia Deus mitigatur. Deliqui dicito in Deum, & periclitor perire in æternum.Itaq3 nunc pendeo,& maceror,& excrucior, vt Deum reconciliem mihi, quem delinquendo læsi, Hactenus ille. Fere excidit mihi illud Diui Gregorij Homilia.33.de Maria Magdalena differentis oppido qūā erudite,& apposite.

Esaiæ. 43.

Luce.18.

Arnobius in Psalm. 146.

Tertullianus de pœnitentia.

Gregorius Luce.7.

Deus

Deus (inquit) confessionem nostram ex puro corde desiderat, & cuncta, quæ delinquimus, relaxat. Mulierem sua confitẽtem vulnera suscipit, & sanam dimittit. Addet Ignatius D. Ioannis discipulus hic capiti supremam manum dicens. Christus, cum ait, Quãdo omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui iutiles sumus, &c. voluit, vt nos peccatis agnoscamus esse obnoxios, vt iustificemur, & nihil alti de nobis sentiamus, vt Salomon hortatur. Prou. 18. Iustus in principio accusator est sui, & dic tu iniquitates, vt iustificeris, hæc ille Habes, candide lector, multa scripturæ loca satis perspicua, & adiunctas illis vetustissimorum simul & optimorum autorum enarrationes, eadẽ genuine illustrãtes, quæ paria sint cuiuis, non omnino imperfuasibili, facile adducendo in hanc meam sententiam, nimirum confessionem admissorum conferre non parum ad iustificationem hominis, vt illa, fide dumtaxat, perperã asseratur confici. Nunc ad cætera pergam, ostensurus ieiunium quoque ad iustificationẽ peragen

Ignatius epistola. 2.

peragendam conducere, sed si id Diui Chrysostomi prius adduxerim de Publicani iustificatione proditum. Accepit probrum, & abluit probrum. Agnouit peccata, & deposuit peccata, & criminũ accusatio facta, est criminum depositio. Rursus ait. Hoc pacto & hic iustificatus est, quoniam Pharisæum non repetijt cõuitijs, sed pro suis peccatis ingemuit, descendit iustificatus præ illo. Hactenus ille. De absolutiõe sacerdotis & præuia quæ ei fit confessione alium librum edidi.

Lucæ. 18. Homili 1. inter octo ab Erasmo uersas.

CAPVT DVODECIMVM.

Caput duodecimum de Ieiunio.

De ieiunio paucis perstringam, quo liqueat illud opem aliquam ferre homini iustificando. Hortatur Deus per Ioelem, vt cõuertamur ad ad eum in toto corde, in ieiunio, &c. quo sic tãdem nobis ignoscat. Confit igitur ieiunium conferre ad remissionem delictorum

Ioelis. 2.

ctorum, non fidem ſolam. Ad hæc, Niniuitæ ieiunij ſubſidio vltionem Dei euaſe runt, quę alioqui fuiſſet illis ob eorum fla gitia irroganda, Ionæ. 3. De quo ſic ait di uus Hieronymus. Quàm pulchra res ieiu nium, quæ Deum placat, leones mitigat, dæmones terret? Cùm ait Chriſtus. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in ieiunio, & oratione, ipſe docuit acriora dæmonia non niſi ieiunio, & oratione ſu perari poſſe. Qui igitur fieret, vt ſola exigantur fide in Chriſtum ſine ieiunio, & oratione? Item Ieiuniũ curat vulnera de linquentis, curatosque ſanctificat. Denique hoc D. Hierony. dictum his accedit. Si rex Darius Deum neſciens hoc facit pro altero, id eſt, ieiunat pro Daniele in carcerem detruſo, quem vult de diſcrimine liberari, quanto magis nos pro peccatis pprijs, inedia & vigilijs Deum ad clemẽtiam debemus flectere? His ſubſcribunt Baſilius & D. Chryſoſto. & horum prior his verbis. Ieiuniũ ſcutum eſt ad militiam contra dæmones. Hoc enim genus non exit niſi in ieiunio, & oratione,

Ionæ. 3.

Hiero. lib. 2. aduerſus Iouinianũ.

Matth. 17.

Tom. 4. de regula monachorum

In. 6. cap. Daniel.

Baſilius prima conſtitutione de ieiunio.

ne, Matth. 17. Si non bruta animãtia cum Niniuitis ieiunassent, minas euersiõis nõ effugissent. Mitto cætera. Chrysosto. sic loquitur. Oratio non paruam adfert nobis cõsolationem, & à peccatis absoluit. Ieiunium in nos iram Dei extinguit, & eleemosynis purgantur peccata, sicut Daniel Nabuchodono. peccata tua Eleemosynis redime, &c. Hæc de ieiunio habui dicenda, pie lector, vt de spe, quę hic sequuntur.

Chrysost. Homilia, 6. in Ioan.

Danie. 4.

CAPVT XIII.

Caput. XIII. de spe veniæ, sine qua nunquàm contingit admissorum venia, & hominis iustificatio, vt hinc constet liquidius sola fide hæc non perfici.

CREDIAR ab illo Dauidico versu. Sperantem in Domino misericordia circundabit. Danielis. 12 Qui saluat in se sperãtes 1. Ioan. 3. Qui habet spem hãc, sanctificat se &c. Ro. 8. Spe salui facti sumus. Rom. 5. Spes non confundit. Nec sine hac Abraham est iustificatus, vt quem contra spem

Rom.4. ſpem in ſpe vel ſub ſpe credidiſſe teſtatur Paulus, de quo Origenes lib.4.in epiſtolam ad Roma. differẽs de illo, Spe ſalui facti ſumus, ait. Quód ſi ſpe ſalui facti ſumus, hoc idẽ eſt quod alibi dicit. Quia per fidem ſaluati ſumus, Epheſ.2. Et fides tua te ſaluam fecit, ac ſecundum fidẽ tuam contingat tibi. Matth.15. Quæ vtiq; illis dicuntur, qui credentes in Ieſum, ſpem geſſerunt ab eo ſe poſſe curari. Sicut Abraham contra ſpem in ſpe credidit, ita omnes, qui per fidem ſunt filij Abrahæ, contra ſpem in ſpem credunt de ſingulis quibuſque, quæ credunt, ſiue de reſurrectione mortuorum, ſiue de hæreditate regni cœlorum. Hæc Origenes, docens quód non ſola fide, ſed etiam ſpe iuſtificatur homo. Hebræ.7, Introductio fit melioris ſpei, per quã appꝛximam' ad Deum. Eſt ne id cauſa aliqua parandæ iuſtificationis, per quod ad Deum approximamus? Quis negat cordatus? Confert itaque ad iuſtificationem hominis fiducia ſeu ſpes ipſa. Hac ſine nihil orantes ex
Matth.21. oramus, vt multi ſcripturę ſacræ teſtãtur loci.

loci. Psal. 37, Quoniam in te Domine spe rauí, exaudies Domine Deus meus. Psal. 36, Reuela Domino viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet. Psal. 27, In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. Qui solā fidē asserunt iustificare, nō possunt negare fidem à spe distinctam esse, qđ Paulo fides, spes, charitas, tria sint. 1. Corin. 13. Quamobrem ab his libens sciscitor, num, qui sola fide iustificaretur, in ipso temporis momēto, quum fieret iustus, sperat necne? Si dicant sperare, cur iustificationē soli fidei adscribunt? Sin nō spe rare asserant, desperat ergo, & cum Cain ac Iuda perit, tantum abest vt iustificatus seruetur. At Chrysosto. audiamus dicentem. Ante Deū tua peccata confite re, apud verum iudicem tua delicta pronuncia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria, & tunc demum spera misericordiam te assequi posse. Dauid inquit. Quare tristis es anima mea, quare cōtur bas me, spera in Deo, & adhuc confitebor illi. Quis mentis compos diffitebitur Publicanū spe subnixum sic Deum inter-

Iacobi, 4.

Homil. 11. in epist. ad Hebr.

Psal. 41.

Luce.18. pellasse. Deus propitius esto mihi pecca-
Augusti. de ciuitate tori? Audi diuum Augustinum de Latro
Dei lib.20 ne. Quod tunc vix vnus Latro sperauit
cap.ulti. in cruce, nūc sperant gētes longe lateq; diffusæ. Ad hanc formam pertinet illud
Psalm.7. Dauidis. Domine Deus meus in te spera-
ui, saluum me fac ex omnibus persequen
tib' me, & libera me, scilicet Spi. sācti
um impartiendo, quia vbi is est, ibi vera est li
De Tempo re sermo- ne.53. bertas. 2. Cor. 3. Hoc vidit Augustinus di
cens. Nemo quantumuis ingenti peccato
rum pondere prematur, de bonitate diui
næ misericordię desperare debet, sed spe
certæ misericordię illius indulgentiā sibi
quotidianis deprecari lachrymis. Deni-
que in illud Psalmi. 30. Quàm magna
multitudo dulcedinis tuæ Domine,
quam abscondisti timentibus te, perfeci-
De Spiritu & litera cap.29. sti autem sperantibus in te. Idest, lex fidei
charitas eius conscripta in cordibus, at-
qúe diffusa, perficitur sperātibus in eum,
vt anima sanata, non timore pœnæ, sed
amore iustitiæ operetur bonum. Sed
quid profundo tantum verborum in re,

vt

vt manifeſtiſsima, ita nemini non, ſaltem ex catholicis, longe perſuaſiſsima? Progrediar itaq; ad reliqua, ac differam quã poſsim breuiſsime, de cõdonatione proximi noxarum, quibus nos læſerit, vt liqueat & illud aliquid conferre ad hominis iuſtificationem, licet multi id peruicaciter denegent.

CAPVT XIIII

Cap. 14. de remittendis proximi in nos delictis, vt hinc Deus nobis noſtra condonet flagitia, nec quiſquàm illis fidem adhibeat, qui conantur perſuadere, priorem debere eſſe noſtrorum vitiorum remiſsionem, quàm nos poſsimus proximo nos lædenti ignoſcere,



Vculentior eſt hic error, candide lector, & craſsior, quàm vt dignus ſit mihi viſus, vt in illo refutãdo multis vtar, & ideo dicã, quãto licet

at cõpendio. Si nullus in vniuersa scriptura alius extaret locus, hac de re mentionem faciens, vel ille Ecclesiastici ei refellẽdo par fuerit, qui sic effertur. Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc tibi de precanti soluentur peccata. Nonne hic proditur manifeste ordo assequendæ remissiõis, vt nimirum primo ignoscas próximo sua vitia, & deinde Deum sollicites precibus, vt tibi tua condonet admissa? Additur in Ecclesiastico. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? Quasi dicat, illud frustra facit, quia prius ignoscere hominẽ proximo oportet, quã à Deo quærat medelam. In hominem (inquit) sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Quid id quæso aliud est, quàm, si non misereatur proximi, nec illi adhuc iniuriam condonat, incassũ Deum deprecatur, vt illi ignoscat. Id quod Christus ipse docuit, præscribens formam comprecandi Deum, cum dixerit. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribu

Eccle. 28.

bus noſtris. Nam his verbis oram', vt Deus velit nobis noſtra ignoſcere peccata, haud ſecus, quàm nos proximis remittimus illatas nobis iniurias, vt venia à nobis data proximo, ſit veluti exemplar Deo, quod ille imitaretur in remittendo nobis noſtra ſcelera. Iam conſtat debere exemplar quoduis eſſe prius illo, quod iuxta id conficeretur, vt nemo ignorat. Cõſequitur ergo prius debere nos proximo ignoſcere ſuas noxas, quàm Deus nobis remittat. Hoc docẽt aperte Chriſti verba protinus inſequentia apud Matthæum, nempe hæc. Si enim dimiſeritis hominib' peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis peccata veſtra. Si autem nõ dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Nihil poteſt dici manifeſtius, vt ſit nobis perſuaſum, dimiſsiõem noſtrorum delictorum pendere à remiſsione proximorum culparum, & illam hac poſteriorem eſſe. Nam impleri oportet prius conditionem, quã donetur, quod ſub illa conditione fuerit promiſſum. Cum itaq; Deꝰ polliceatur ſe

nobis noſtra cõdonaturum peccata hac lege & conditione, ſi nos proximis ignouerimus, prius neceſſe eſt nos condonare alijs, quàm nobis cõdonetur à Deo. Conuincit hoc eſſe verum, & illud, Lucæ.cap.6. Dimittite & dimittemini. Eraſmus Roterodamus in.1 Ioan.1. Facillimũ eſt mederi delictis mutua condonatione. Ignoſce tu proximo, & proxim' viciſsim ignoſcet tibi, & vtriq3 velut ex pacto ignoſcet Deus. Natura enim propenſus eſt ad miſericordiam, & hac conditione nobis pollicitus eſt veniam. Remittite, & remittetur vobis. Tu præſta conditionem præſcriptã, ille nõ obliuiſcetur pacti. Hęc ille. Cui accedit illud Marci, cap.11. Et cũ ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, vt & pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. D Gregorius Nazanz. it vel pedibus in hanc ſententiam dicens. Deus quidem iubet, vt eis qui in nos peccant, dimittamus, non ſolum ſepties, ſed multoties, tanquàm dimiſsio ſit conciliatrix dimiſsiõis. Vides ne hic adſtruere Gregorium

Luca.6.

Gregorius Nazanz. ſermone, 3 de pace.

um hunc D.Hiero.præceptorem,remiſsi onem noſtram eſſe conciliatricem diuinæ remiſsionis, & illam vt cauſſam huius anteuertere. In hac ſententia fuiſſe Antiochum,hæc illius verba oſtendunt. Condonando proximis,veniam ipſi impetramus. Sin nõ remittimus ex animo, noſtra ipſorum peccata per hoc,quaſi quòpiam ſignaculo inſignimus,ne veniam promereamur. Cyrillus lib.2.in Leuiticum recẽſes, quot quamq3 varijs modis fit remiſsio peccatorum,in Euangelio hæc ſcribit. Quarta fit nobis remiſsio peccatorum, quando & nos remittimus peccata fratribus noſtris. Quia ſic ait Chriſtus. Remitte nobis debita noſtra,ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris, Quia ſi remiſeritis &c. Contextus D.Lucæ mihi videtur hanc ſententiam præ ſe ferre, vt qui ſic habet. Et dimitte nobis peccata noſtra,ſiquidem & nos dimittimus omni debenti nobis. Nam hic latinum illud ſiquidem, quemadmodum græcum καὶ γὰρ ætiologicũ eſt,ſubducitq3 rationẽ, quãobrẽ De' remitteret nobis noſtras noxias, nimi-

Antiochus Homi. 71.

Cyrillus.

Luca. 11.

In oratione post Homiliam 1. in epistolam ad Philemonem.

nimirum, quód nos remittimus noſtris debitoribus. Loquatur iam Chryſo. his verbis. Quæ à Deo conſequi volumus, ea primus proximis impendere debemus. Iudicium ei ſine miſericordia fiet, qui non fecit miſericordiam. Vis tibi delicta ignoſci, quid ergo in te peccanti ipſe non ignoſcis? Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Cui accedit & illud eiuſdem adhortantis, vt iniuriæ illorum, qui læſerunt nos, ſimus immemores, neq; inimico erga eos ſimus animo. Conſideremus (inquit) quanta hoc nobis afferat commoda, & quantum ad Dominum fiduciam, & ante omnia, quòd recõciliari cum his, qui nos iniuria affecere, peccatorum noſtrorum abſumptio quæ dã eſt. Mox ait, nos effici diuino fauore dignos, & peccatorum ſarcinis exonerari, ſi candidi fuerimus in inimicos. Iterum paulo infra ait. Dei fauorem hîc aſſequimur, peccatorũ maculas detergi facim', magnã apud Deú fiduciã accipimus. Hæc manifeſta ſunt meo inſtituto perſuadendo, ſed audi ex eodẽ nõ min' luculẽta. Ignoſce

Iacobi. 2.

Matth. 5.

Homil. 27. in cap. 9. Geneſeos.

Theophilactus in ca. 6. Matth. ait, Habet me Deus, vt exemplar, & quod facio alij, facit & mihi.

noſce peccata ijs, qui in te peccauerunt. Nam & hæc res remittit peccata. De quo legitur. Remitte, & remittetur vobis, Lucæ. 6. Adde his quod idem alibi ſcribit, Chriſtianis penitus iuſſum & imperatum eſt, his, qui in eos peccauerint, facilẽ dare indulgentiam, atq; vt à Deo eis ignoſcatur, tota intentione depoſcere. Simus igitur ad veniam faciles, vt nobis quoque Deus huiuſmodi fiat. Rurſus inquit ille. Si vis ergo, vt dimittantur tibi à Deo, q̃ commiſiſti, dimitte in te peccãti. Poſtremo, vt multa omittam illius teſtimonia, ſic habet. Verumtamẽ, tot ac talium peccatorum compendioſam nobis, ac facilẽ Deus viam liberationis dedit, totiuſq; laboris alienam. Quis enim labor indulgere conturbanti? Labor quidem in remittendo nullus, in retinendo vero inimiciti as, maxim'. Si graue iſtud atq; terribile, videlicet ſedare iram, & tumentes animi fluctus &c. leue illud, atq; deſyderabile ignoſcẽdo faciamus, vt iamiam fiduciæ, quę ad Deũ eſt, nobis ianuas recludam'. Quod, quia non obtinuimus abſtinẽdo

Homili. 4. in. 2 Cor. 2 Homil. 6. in epiſtolã ad Timotheum pri orem ca. 2.

Tomo. 2. Homil. 37

Chryſoſt. Hom. 20. in Matth.

à pec-

à peccatis, hoc consequimur his, qui in nos peccauerint, ignoscendo, nequàquã istud onerosum. Iterum in illa Christi verba, Si dimiseritis, &c. Itaque à nobis tota hæc res sumit exordium, futurumque de nobis in nostra est potestate, iudicium. Si enim dimiseris cõseruo tuo, à me quoque eandem consequeris gratiam. Hæc energiæ sunt plena, sed nec minus, quæ nunc subnectuntur, ex eodem deprompta. Primum autem & omnium præstantissimum commodum, dimanans ex remissione noxarum proximi est, Dei misericordiam consequeris, & quemadmodum peccatorum veniam, sic virtutum præmia maiora consequeris. Diligenter igitur studeamus, ne quemquàm odio habeamus, si volumus vt nos quoque à Deo diligamur, vtque, quàmuis talentorum decem millium rationes essent referendæ, Deus misericordia motus, cuncta nobis remittat. In eadem Homilia paulo supra ait. Referenda nobis ratio est, de mandatis

Hom. 206 in cap. 6. Matthæi,

Chrysost. Homi 62 in Matth, cap. 18.

Chrysost. 2, Corin. 9 inter remedia, quæ nostru medentur vulneribus, numerat, obliuionem iniuriarũ ab alijs illatam nobis.

datis nobis commissis, quæ ita neglexímus, vt non possimus integram de his omnibus reddere rationem, atquè ideo bonam, ac facilem nobis viam, ad satisfaciendum præbuit Deus, qua omnia nostra debita possumus absoluere. Quænam hæc via? obliuio eorum omnium, quæ aduersus te à fratre tuo commissa sunt. Euestigio citat parabolam apud Matthæum capite decimo nono proditam, existimans Christum per illam hoc voluisse, quod ipse conor persuadere, licet multis diuersum sonare videatur. Hæc Chrysostomo fer accepta. Nunc prodibit huc Beda nostras, vir impense doctus, nedum probus. Is sic inquit. Multa sunt genera eleemosynarum, quæ cúm facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis peccata nostra, sed ea eleemosyna nihil est maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quisqúe peccauit. Videmus hic iuxta Bedæ sentẽtiã nos ex remissiõe eorum, quæ in nos proximi nostri designarunt, adiuuari ad assequen

Aperi oculos Aepine & quisquis inficiaris condonationem offẽsarum proximi nihil conferre ad iustificationem, ut quæ sola fide peragitur.

Beda in Lucam capite. 11

assequendam peccatorum indulgẽtiam. Quare pri' oportet alijs remittere noxias, quàm vt nobis Deus remittat. His subscribit D. Basilius dicens. Quandoquidem docti sumus orare, Dimitte nobis debita nostra, quia dimisimus etiam nos. Tu dimittis, Deus non dimittit? Te tuijpsius medicum fecit. Qua mẽsura metieris, remetietur tibi. Dimittis? Dimittit tibi Deus. Repetam hic illud Christi dicentis. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam, atq; hinc sic colligam, misericordes consequẽtur misericordiã. Sed quisquis adhuc nõ remiserit, quod in eum admisit ꝓximus, is nõ est misericors, non cõsequetur ergo misericordiã Dei, vt remittantur illi sua peccata, ac iustus fiat. Oportet ita prius te proximo ignoscere, vt tibi postea ignoscat Deus. Id qđ voluit D. Iacobus dicẽs. Iudicium fiet illi sine misericordia, qui nõ fecit mĩam. Hĩc illud Cypriani. Non potest ille misericordiam Dei promereri, qui misericors ipse non fuerit. Qui enarrans orationem dominicã, aperte docet, oportere nos prius

Basilius concione de penit.

matth. 6.

Iacobi. 2. Sermone de eleemosyna.

us proximo admissa ignoscere, quàm ad ipiscamur à Deo veniam nostrorú delictorum. Sic enim scribit. Qui orare nos pro debitis & delictis docuit, paternam misericordiam promisit, & veniam securam. Addidit plane, & adiúxit legem, certa nos conditione, & sponsione constringens, vt sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod & ipsi debitoribus dimittimus, scientes impetrare non posse, quod pro peccatis petimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus. Idcirco & in alio loco dicit. In qua mẽsura &c. Mox citato illo, Mar. 11, Cum steteritis &c. Et illo Matthæi. 6, Si non dimiseritis &c. statim subtexit hæc. Excusatio tibi nulla in die iudicij supereſt, cũ secundum tuam sententiam iudiceris, & quod feceris, hoc & ipse patiaris. Hactenus ille. Hilarius Canone. 4. in Matthęũ inquit. In præceptis Dominicę orationis remitti nobis peccata nostra oramus, exemplo, & data aduersarijs cõditione venię, ipsi veniam deprecamur. Hęc itaque negabitur nobis, si alijs negetur à nobis,

no-

noſtróque ipſi iudicio rei ſumus, ſi in iudicij tempus non remiſſis ſimultatibus tranſeamus &c. Quibus corroborati o ex diuo Auguſtino his verbis poteſt accedere, quæ habet in illud Chriſti, Dimitte nobis &c. Procul dubio verba huius ſponſionis implentur, ſi homo qui non ita profecit, vt inimicum diligat, tamen quando rogatur ab homine, qui peccauit in eum, vt ei dimittat, dimittit ex corde, quia etiam ſibi rogan ti vult dimitti, cúm orat & dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Auguſti Tom.3. in Enchi.ca. 173.

Item libro ſecundo contra epiſtol. Parmeniani hæc refert. Dimittere peccatum quod alter in te commiſit, vt & tibi Deus tuum remittat, magnum miſericordiæ opus eſt. Rurſus. Dominus quædam ſalubria remedia contra reatum, & vincula peccatorum dare ac valere dignatus eſt, opera ſcilicet miſericordiæ, cúm ait, Dimittite, & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Deniqúe ait. Quid mihi das (inquit Deus

Tom.7.

De peccatorum meritis ac remiſſione cap.3.

Deus peccatori) vt ego dimittam tibi debita tua? Continuo docuit te, & quid petas, & quid offeras. Petis, dimitte nobis debita nostra, & tu offers, Quid? Sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. *Tom. 10, sermõe de tempore, 170.*

Hoc tibi facio debitori meo, quod tu feceris debitori tuo. Inde offers mihi munus, vnde peperceris debitori tuo.

Quibus hæc quòque suffragium porrigunt, quæ apud eundem leguntur. Forte peccauit in te aliquis, dimitte illi veniam petenti, ne, dum fratri negas misericordiam, tibi claudas patris indulgentiam, Dicente Iacobo. Iudicium fiet ei sine misericordia, qui non fecit misericordiam. Dimittamus debitoribus debita sua, & sic oremus, vt dimittantur nobis debita nostra, id est, peccata nostra, propter quæ differimus ab impetranda venia, nisi eam acceleret fratrum indulgentia. Hæc ibi Augustinus à me stans aperte satis. Sub scribit his Chromatius, ad quem scripsit diuus Hieronymus multa honorifice. *Sermone de tempore, 182.*

Nam

Chromatii lib in.5.6. & 7. Matthæi capi,

Nam enarrans hęc Matthæi verba, Si dimiseritis hominibus, &c. sic habet. Et idcirco, vt de dimittendis peccatis, Dominum confidenter orare possimus, ipsi prius in nos peccantibus remittamus. Vnde & Salomõ ait. Remitte proximo tuo peccata, & tunc tibi peccata soluentur, hæc ille. Huc pertinet illud D. Gregorij. Qui dolor seruatus cõtra proximos est, corde nisi pri' educitur, nihil diuinæ opis in precibus obtinetur, quia & vulneratis membris imponi salutis medicamina nequeunt, nisi ferrum é vulnere anté subtrahatur. Hinc quod per semetipsam veritas dicit. Nisi remiseritis hominibus &c. Mar. 11, Cum stabitis &c. Dimitte, & dimittetur vobis. Deniq; ait Christus. Dimitte nobis debita nostra &c, vt profecto bonum, quod à Deo cõpuncti petimus, hoc primum cum proximo cõuersi faciamus. Hactenus D. Gregorius. A quibus nihil abhorret D. Hieronymus ediſſerẽs ca. 18 Mathæi. Maiora crimina rogantibus dimittuntur, si & ipsi minora dimittãt peccantibus. Sin autem ob factam contume-

Lib. 10. ex posi. moralium in Cap. 18.

Matth. 6.

Hieronymus enarrans parabolam, Matth. 18, de talento rum debitoribus,

liam

liam ſimus implacabiles, & propter amarum verbum perpetes habeamus diſcordias, nonne nobis recte videmur redigẽdi in carcerem, & ſub exemplo operis noſtri hoc agere, vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur. Si enim parua fratribus non dimittimus, magna nobis non dimittentur. Hęc ille, nihil obſcure meæ patrocinans ſententiæ. Verum hac de re ſatis ſit iſta dixiſſe, quo perſuadeamus, oportere noſtram remiſsiõem, qua proximis eorum errata condonamus, anteire diuinam, qua nobis ignoſcatur, atq; hanc noſtram remiſsionem aliquid opis adferre ad iuſtificationem hominis. Núc de Baptiſmo pauca proferemus, vt conuincamus, illius interuentu & auxilio deleri peccata, & hominem iuſtificari, & non per ſolam fidem ſine eo.

Cap 15. de Baptiſmo.

QVOD Baptiſmus nonnihil conferat ad remiſsionem peccatorum, multa ſcripturæ loca aperte tentantur, quorum aliquot

huc adferam, quo perſuadeã lectori, nõ ſic eſſe iuſtificationem noſtram ſoli tribuendã fidei, vt baptiſma nihil ad eam conducat. Mar. vlt. ait Chriſtus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, hoc eſt, inchoabitur in eo ſalus, atq; iuſtificabitur, nam alioqui quàm plurimi credẽtium & baptizatorum damnabuntur, & ideo ſi de ſalute ęterna & conſũmata intellexeris, non erit verum. Aduerte itaque, quòd connectit Chriſtus baptiſma fidei, vt vtrique feratur iuſtificatio accepta, poti' quã ſoli fidei. Niſi quis renat' fuerit ex aqua, & Spi. ſancto, non intrabit in regnũ cœlorũ. Qui fit ergo, vt baptiſm' nihil conducat ad remiſſionẽ admiſſorũ, ſed ea ſoli tribuatur fidei? Gal. 3, Quicunque in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, ſed is eſt noſtra iuſtitia, ergo per baptiſmum aliquo pacto fit iuſtificatio, & non per ſolam fidẽ. Id quod Paulus ad Titum aſſerit dicens. Cùm apparuit benignitas, & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſeri

Ioan. 3.

Tit. 3.

miſericordiam ſaluos nos fecit. Nunquid per ſolam fidem ſine bapsiſmi adminiculo? Nequaquàm, ſed per lauacrum (inquit) regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Vides ne hic, quód dicat Paulus, nos ſaluos fieri per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, & hunc effundi in nos, dum baptizamur, vt hic iuſtificati ſimus hæredes, &c. Eſt hoc docere baptiſmum nihil iuuare hominis iuſtificationem, ſed eam ſoli tribuere fidei? Quis adſtruxerit regenerare & renouare nos, nihil conducere ad iuſtificationem? Quorſum dixiſſet Paulus, Chriſtum mundare eccleſiam lauacro aquæ in verbo vitæ, ſi baptiſmus quadam tenus non iuſtificet hominem, & non ſola fides? Nonne Petrus aſſerit baptiſma ſaluos nos facere? Hoccine eſt ſolàm fidem iuſtificare, vt nihil omnino conferat ad id Baptiſmus? Audi Hie-

Ephe. 5.

1. Petri. 3.

In cap. 1. Esaiæ.

ronymum. Mihi (inquit) placet Euangelium, vt baptizemini in sanguine meo per lauacrum regenerationis, quod solũ potest peccata dimittere. Cernis hic, lector, Hieronymum soli baptismo adscribere remissionem peccatorum, cúm fine fide nihil prosit. Subscribit his Aug. dicens. Nos dicimus baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum. Nonne istud est, quod sensit Paulus inquiens. Et hęc quidẽ fuistis, scilicet fornicarij, &c, sed abluti estis, videlicet in baptismo, sed sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri? Hic enim sanctificationem & iustificationem tribuit Apostolus ablutioni factæ, dum baptizarentur Corinthij. At prætermissis multis testimonijs & scripturæ & doctorum, Chrysostomus finem huic capiti imponet, dicens. Nonne lauacrum nos innumeris peccatis obnoxios abluit, atque saluauit? Eripuit nos illis quidem, verum nõ ideo, vt malum faciamus. Sed de baptismatis iustificatione hæc dicta sint. De absolu-

Augusti lib. de concupiscentia primo, cap. 11.

1. Corin. 6

Chrysost. oratione post. 3. Homiliam in epistolam ad Philemonem.

absolutione sacerdotis, qua ille peccata remittit, adeo manifeste loquitur Ioannis Euangelium, vt debeat nos pudere, soli fidei sic adscribere remissionem peccatorum, vt nullas pręterea res, quicquã asseram' ad eam cõmodas & vtiles esse. Verum de absolutiõe sacerdotis nihil ampli' dicam in præsentia, vt de qua librum iustæ magnitudinis iam edidi. Nunc dicamus de charitate virtutum, vt omnium matre ac fonte, ita facile primiceria, principe ac primas tenente in hominis iustificatione, quemadmodum istud caput ꝓximum dilucide edocebit. Ioan. 20.

CAPVT XVI,

Caput. 16. De charitate virtutum maxima, & principe, ac in remissione delictorum primas tenente, vt rumpãtur ilia Codro. Quam Aepin' in Psal. 19. ait, diabolum fidei adiúxisse, vt Christi iustitiam obruat, & persuadeat Ecclesiæ in nobis ipsis aliquid esse, cuius dignitate ac merito coram Deo iustificemur.

VNT, qui asserunt charitatem tanquàm effectum eius, iustificationẽ insequi, non vt causam illius anteire. Sunt quoque, qbus persuasum est, illam veluti indiuiduã ac indiuulsã comitem esse fidei, nec tamen quicq̃ operari, aut conferre ad hominis iustificationem. Quorum vtrique quàm turpiter & crasse aberrant, hoc capite breuiter docere mihi est animus, ne quis vnquàm in eũ errorem tam luculentum imprudens, & nescius pertrahatur. Cómodissime autem illud mihi exordium dabit, quod Lucæ. 7. proditur de Maria Magdalena his verbis. Propter qđ dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quamquàm Christus his verbis, rationẽ & causam iustificatiõis apertius dixerit esse dilectionem, quàm vt negari id possit à quoquàm citra luculentũ frontis

Aepinus in Psal. 19. ait, solam fidem esse causam instrumẽtalem nostræ iustificationis coram Deo, non charitatem ei adnexam opitulari quicquam, licet dicat eam fidem tantum apprehendere Dei iustitiam, quæ per charitatem est efficax, idque velle Apostolum 1. Cori. 13. cum ait, Omnem fidem non prodesse absque charitate, Luc. 7. Rursus sic inquit, Iacobus ait homines non quauis fide, sed uiuida & efficaci iustificari, cui cõiuncta est obedientia erga præcepta Dei. Idem docens inquit eam fidem iustifica

frontis dispendium. Non defuerũt tamen quàm plurimi, qui hoc pacto inuerterũt, seu potius deprauauerunt ipsum contextum, Quoniam remissa sunt illi peccata multa, ideo dilexit multum, perinde ac si Christus fecisset dilectionem non causam, sed effectum iustificationis. Quàm vero hoc indocte isti fecerint, veterum autorum enarrationes, quas proximum dabit caput, aperte ostendent, licet textus ipse clarior sit, quàm vt egeat interprete quopiam. Primum enim, cum ait Christus, οὗ χάριν λέγω σοὶ, hoc est, cuius rei gratia seu causa dico tibi, Remittuntur, &c. manifeste indicat remitti mulieri huic peccata, quód eum tam ardenter dilexerit, cuius rei indicia multo luculentissima, atque præclara specimina præbuerit, iam antea adsedens alabastrum vnguenti, &c. vt quæ officia pietatis intuens Christus, hæc extulit. Propter quod dico tibi, Remittuntur, &c. Deinde illud græcum, ὅτι, quod vetus interpres non inepte tradux

Per quæ per charitatẽ efficax est

Quid est hoc, lector si non sit pugnãtia loqui, Non alia fides iustificat quã uiuida & efficax per charitatem, & tamen charitas nihil confert ad hominis iustificationem.

traduxerit, quoniã, & verti poteſt, quôd, quia, propterea quòd, & quamobrem, ſatis manifeſte monſtrat Chriſtum voluiſſe, mulieris dilectionem fuiſſe cauſam remiſsionis peccatorum. Tertullianus de hoc ſic pronunciat. Pœnitentia mulieris peccatricis ſecundum creatorem merue rat veniam. Sed & ſi pœnitẽtiæ ſtimul' ex fide acciderat, per pœnitẽtiam ex fide iuſtificata ab eo audijt, Fides tua te ſaluam fecit, qui per Abacuc pronunciarat. Iuſt' ex fide ſua viuit. Hæc ille, aſſerens hanc fœminam fuiſſe iuſtificatã p pœnitentiã, quæ nunquàm eſt vera (vt ait Auguſtin') niſi ex amore Dei, & odio peccati prodeat. Fuit itàque hæc iuſtificata ex dilectione, non tantum ex fide. Adde qđ D. Hieronymus enarrans, cap. 5. ad Galatas, aſſerit hãc mulierem habuiſſe fidem operatã per dilectionem, atq; idem lib. 2. aduerſus Pelagianos idem corroborat dicens. Charitas operit multitudinem peccatorum, nõ tam præteritorum, quàm præſentium, ne vltra in nobis manẽte Dei charitate peccemus. Quamobrem de muliere peccatrice

Lib 4. aduerſus Marcionẽ.

Luca. 7.

Abacuc 2.

Hieronymus.

trice dicitur, Lu.7. Dimittuntur ei peccata multa, quoniá dilexit plurimum. Quis tam cæcus eſt, vt nõ cernat, Hieronymũ aſſerere his verbis, mulierem hanc fuiſſe iuſtificatam propter dilectionem, eamq3 cauſam deſignare iuſtificatiõis illius? Nõne par, atq3 æquum eſt, vt illi, viro cúm doctiſsimo, tum optimo, potius fidem adhibeamus, quàm vlli ex neotericis ſcriptoribus, longe illo tum doctrinæ tum pietatis nomine inferiori? Quid dicam illi? cúm veteres oẽs, qui huius loci enarrationẽ attigerunt, haud ſecùs eum ediſſerue-rint, quẽadmodũ de multis pximú oſtẽſurũ eſt caput. Huc accedit illud Chriſti. Ioan. 14. Si qs diligit me, ſermões meos ſeruabit, & pater me' diliget eum, & ad eũ veniem', & manſionẽ apud eum faciem'. Vides hic noſtrã erga Chriſtum dilectionẽ præpoſitã dilectioni Dei patris, quais nos proſequitur, vt cauſam eius, vt prius oporteat nos Chriſtũ diligere, vt diligamur à Deo, ergo vt iuſtificemur ab eo, opus eſt vt prius diligamus Chriſtum, quando Deus quos diligit, iuſtificat & contra

Ioan. 14.

contra. Ad hæc cernere hic licet, ipſam Trinitatem per dilectiõem ad hominem venire, & manſionem apud eum facere, ergo dilectio eſt cauſa aduentus Trinitatis ad hominem & iſtius manſionis, quod non poterit fieri, ſi dilectio nullo pacto eſſet cauſa iuſtificationis, neq́ conduceret quicquam ad eã, quia per iuſtificationem Trinitas venit ad hominem, & mãſionem facit in eo. Sub hæc, Paulus poſtquàm Ro. 5. dixerit, Iuſtificati ex fide &c, mox addit mentionem de ſpe & charitate, quam (ait) diffundit in corda noſtra per ſpiritum ſanctum, ne quis exiſtimet prolixa ſua diſſertatione de iuſtificatione fidei, ſe ſpem & charitatem excluſiſſe à cauſa iuſtificationis. Et q́ãq́ãm non ſum neſcius, hũc Pauli locum à viris doctiſsimis accipi (vt commode ſane poteſt) de dilectione Dei erga nos, tamen Auguſtinus de ea, qua nos Deum proſequimur accipit, dicens, eam impetrare fidem ad iuſtitiam, atq; illa ſanari animam. Cæterum mittam hæc, & illud proferam ex

De Spiri. & litera cap. 32. & cap. 29.

Pau

Paulo.Rom.8. Si quis ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius,ſed qui charitatem nondum eſt adeptus, hic ſpiritum Chriſti non habet,quia charitas Dei diffunditur in corda noſtra (inquit Paulus Roma.quinto)per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis,ergo ſi ſola fide fieret homo iuſtus,cúm charitatem non haberet, eſſet ſimul Chriſti per fidem iuſtificantē, & non Chriſti propter abſentiam charitatis. Cæterum de hoc loco ſatis. Nunc prodeat illud Pauli,Si quis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo.Hoc eſt, approbatus & acceptatus eſt illi. Nā ſimplice cognitione omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, ſicqúe peſsimos nouit, quos negat ſe tamen noſſe,quia non approbat eos, nec pro ſuis agnoſcit, ſic ergo colligam ex Apoſtoli verbis.Qui diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo.i. approbatus & acceptus,ſed qui ſolum credit, hic non diligit, ergo non eſt Deo acceptus & approbatus,quamobrem nec iuſtificatus.

Expende hæc lector diligenter

1.Corin. 8

Rurſus

Rursus sic ratiocinor. Quod est causa quamobrem Deus nos cognoscit & approbat, est causa iustificationis, sed dilectio, iuxta Pauli sententiam, est causa, ob quam De' nos cognoscit, ergo est causa iustificationis. Cæterum ad reliqua progrediar. Illud Pauli persuadēdo quod institui maximi est momenti, nempe. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Hæc enim verba conuincunt omnem fidem posse aliquem habere absque charitate, & tamen nihil esse, quo ad existendi modum à Deo probatum, quo gratus & charus homo fit illi, quomodo igitur fieret, vt vlla fidei specie absque charitate iustificetur homo? At inquies, Paulum verba facere dumtaxat de fide miraculorum, cuius effectus est trāsferre montes, & nō de fide doctrinæ, aut regeneratrice, quemadmodum Chrysost. & Ambrosius hunc locum enarrat, sed audi tu iam, quæ cum hac tua pugnent interpretatione. Nonne quisquis dixerit omnem fidem, is nullam excluſit? Quam

enim

enim excluderet, cúm ne maximam quidem excluſerit, qua montes transferuntur? Theophilact. accedit mihi dicẽs. Ne ſingula diſſerens moleſtus appareat, ad parentem ipſam, & omnium fontem fidẽ deuenit, & eam, quæ integra ſit atq3 ſyncera, & hanc interpretatur Origenes in hunc locum, ſolidam atqúe integram fidem. Gennadius pervetus græcus Autor de fide omnibus numeris abſoluta & perfecta, hunc locum poſſe intelligi exiſtimat, dicens. Quod vero in euangelijs Dominus maximum eſſe aſſerit, ſcilicet montes per fidem transferre, id ſine charitate nihil eſſe dicit Paul'. Videãt itaq3 qui aſſerũt fidẽ verã nõ poſſe diuelli à charitate, ſed hanc illius eſſe comitem indiuiduam. Exorbitare quoq3 illos hic docetur, qui ſola fide iuſtificari hominem arbitrantur. Auguſtinus nitens hoc Pauli loco ſubinde aſſerit, fidem eſſe poſſe abſq3 charitate, ſed nõ prodeſſe. Nam in Ioannem ait. Magna eſt fides, ſed nihil prodeſt abſqúe charitate. Rurſus. Ipſam fidem non facit vtilem niſi charitas. Sine charitate quidem

Theophilactus.

Origenes Homil. 4. in Matthæum & lib. 4. in epiſtolam ad Romanos

Chryſoſt. intelligit de fide univerſa, le ge Ireneũ lib. 4. cap. 25.

Tractat. 7.

De Trini. lib. 15. cap 13.

quidem fides poteſt eſſe, ſed non & prodeſſe. Si vero nihil faciat vtilem fidem niſi charitas, igitur fidei vtilitas prouenit ex charitate, ſed maxima eius vtilitas eſt hominem iuſtificare, ergo iſtæc vtilitas ex charitate manat, quo conficitur, rationem iuſtificandi tribuendam eſſe charitati potius, quàm fidei. Hinc eſt, quod Auguſtinus aſſerit ad Ianuarium, nos incipere ſub gratia Dei per dilectionem. Diuus Hieronymus caput decimũ tertiũ Matthæi explanans ait. Paulus fidem grano ſynapis comparatam maximam iudicat. Quid enim dicit? Si habuero tantam fidem, ita vt montes tranſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Ergo quód Dominus dixit fide fieri, quæ grano ſynapis comparatur, hoc Apoſtolus docet tota fide fieri poſſe. Hæc ille, volens Paulum hic meminiſſe totius fidei, cui nihil deeſſet, adeo vt nulla ónino ſit fides tam perfecta, quæ non poſsit abſqúe charitate eſſe, quemadmodum nihil illa prodeſt, tantum abeſt, vt iuſtificet hominem ſine

Epiſt. 119.

cha

charitate. Oecumenius enarrans id, Adhuc excellētiorem viam vobis monſtro, ſic inquit. Quæ eſt hæc ergo via? Charitas (inquit) ſine qua nullum donum quicquàm adfert vtilitatis. Adde his, quod cùm iuſtificatio hominis ſit eius reconciliatio cum Deo, vt paſsim docet ſcriptura, & hęc reconciliatio ſit coniunctio vel quædam veluti agglutinatio Dei & hominis per mutuum amorem, neceſſe eſt hinc conſequi, amorem & dilectionem eſſe cauſſam iuſtificationis, non ſolam fidem. Id quod indubie ſibi volebat Diuus Paulus, aſſerens eam tantum fidem valere in Chriſto Ieſu, quæ operatur per dilectionem, Galat quinto. In quem locum veterum ſententias proximum caput dabit. Iam vero Iacobi vnam & alteram expendamus ſentētiam, vt liqueat an hinc meo inſtituto ſtabiliendo aliquid afferatur adiumenti. Is ſic habet primum. Fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa, græce καθ' ἑαυτήν, id eſt, ſecundum ſemet. Hinc texi poteſt ſyllogiſmus hic.

Oecumenius

Rom. 5. 12
2. Cor. 5

Fides

Fides sine operibus est mortua, in semet ipsa vel secundum semet, sed quod mortuum est, non potest vitam elargiri seu viuificare, sed iustificare hominem, vel esse quo is iustificetur, est eum viuificare, aut esse quo vita illi detur, fides idcir co vacua charitate eiusque officijs, non potest hominem iustificare ex semet sola. Item sub finem eiusdem capitis Iacobus ait. Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est, sed spiritus seu anima vitam impartit corpori, nec prius corpus viuit quàm anima acceserit illi, & ea emigrãte ex illo, moritur illico corpus, ergo opera charitatis similiter vitam impendunt fidei, seu illam reddunt viuam, nec prius fides viua est, quàm hæc adierint, & cúm primum recesserit illa, statim moritur fides. Quomodo itaque soli fidei tribuitur hominis iustificatio, & spiritualis viuificatio, cúm ea ex semet mortua quædam res sit, vitam mutuans aliunde, vt ipsum corpus sine spiritu? Verum audiamus ipsum Augustinum in hunc Iacobi contextum efferen-

Iacobi 2.

Expende hæc lector diligenter

efferentem hæc. Fides nutritur ſpe, vt corpus cibo reficitur, dilectione animatur, vt corpus anima viuificatur, vnde fides ſine operib' mortua affirmatur. Hæc ille, aperte aſſerens, fidem animari & viuam effici per dilectionem, vt corpus per animam. Quòd igitur fides viua ſit, & p eam homo viuificetur, ſeu vitam gratiæ recipiat, dilectio cauſa eſt, vt errare vehementer ſit neceſſe docentes charitatẽ nihil operari ſeu conferre ad hominis iuſtificationem. His ſuffragatur Antioch' græcus, qui ante annos abhinc quidẽ non gentos floruit. Nam ſic inquit. Vitæ origo eſt ea, quæ per fidem & dilectionem operatur, cui nihil anteponitur. Fidem ſane dixerim, non qualemcunque, ſed opere ipſo commendabilem, cùm fides ſine operibus in ſemetipſa mortua ſit. Deinde Iacobus hoc loco oſtendit, quòd quẽadmodum corpus ſine ſpiritu ſeu anima, eſt verum corpus, licet vigore corporis deſtituatur, ita fides ſine operibus vera eſt fides, tametſi vigorem fidei, qui eſt nos viuificare & iuſtificare, non habeat,

Auguſti. de cognitione vera uita, ca. 37

Homil. 1.

ac ideo falluntur turpiter, qui adstruunt fidem sine operibus nō esse veram fidem, sed inane potius fidei nomen, quemadmodum homo mortuus non est verus homo, cúm nusquam proditur eiusmodi collatio inter fidem & hominem mortuum.

1. Pet. 4. b

At pergam ad illud Petri, quod mihi suffragium porrigit. Ante omnia autem (inquit Petrus) mutuá in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hæc D. Petrus, cúm charitatem operire multitudinem peccatorum non aliud sit, quàm illa veluti tegere, & celare, ne illa Deus conspicetur, vt vlciscatur, aut sumat de nobis supplicium propter illa. Misere tamen torquetur hic locus in alium sensum, contra doctissimorum fere omnium, atq; vetustissimorum interpretationes, quē admodum partim hic subnectá, partim capite proximo. Quód autem operire delicta, sit illa abolere, ne imputētur, D. Iacobus cap. 5. sic docet. Qui cō uerti fecerit peccatorē ab errore viæ suę saluabit animā eius à morte, & operiet mul-

Melanch. meretur mitigationē penarū

Qui à peruerso itinere conuertit impium

multitudinem peccatorum. Verúm præstat audire patrum sententias in hunc Petri locum scripto proditas. Bernardus primus emerget dicēs. Charitas operit &c. non vt velamen tegit corpus, sed vt ignis extinguens, & consumens frigus, & vt lumen solis tegit, & operit vmbras. Accedit D. Augustinus inquiens. Charitate mundantur peccata, iuxta illud Petri. Charitas operit multitudinem peccatorum. Rursus idem lib. 3. de baptismo cōtra Donatistas cap. 14. Potens est Dominus per ipsum vnitatis & pacis vinculum etiam rebaptizatis placari, & eis, à quib⁹ rebaptizati sunt, ex ipsa pacis compēsatione miteſcere, & omnia, quæ in errore cōmiserāt, delicta donare, offerētibus sacrificiū charitatis, q̄ cooperit multitudinē peccatorū. Hęc ibi. Huc ptinet qđ idē enarrās primā Ioan. epistolā his verbis effert. Petr⁹ ait. Charitas cooperit multitudinē peccatorū, Iā videam⁹, si ipsam charitatē cōmēdat propter surrepētia delicta, quia sola charitas delicta extinguit. Vides charitatē iuxta D. Aug. interpre-

salute animarum eius, & suorū peccatorū multitudinem cooperit, Athanasius in disputatione contra Arrium Tomo. 1. lib. 2. cap. 12 contra Cresconium grammaticum.

Tractat. 9.

tationem propterea dici à Petro operire multitudinem peccatorum, quòd ea extinguit, & est illud nihil agere, opari vel conducere ad hominis iustificationem? Non abludit sanctus Hieronymus dicēs. Charitas operit multitudinem non tam præteritorum quàm præsentium, ne vltra in nobis manente Dei charitate peccemus. Quamobrem de muliere peccatrice dicitur, Lucæ. 7. Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit plurimum. Nec istud displicuit Erasmo Roterodamo, cuius verba ideo huc non pigebit adscribere, quòd illius autoritas plurimi à multis ducitur. Is sic ait. Charitas ardēs in proximum operit multitudinem peccatorum, quibus Deo sumus obnoxij. Quod in illum deliquimus, optime diluitur collocatis in proximum beneficijs. Reliqua in hunc locum testimonia proximo edētur capite, si illud Ambrosij hic recensuero. Peccatum (inquit) donatur per gratiam, deletur per sāguinem crucis, tegitur per charitatem. Iam ex priore epistola Diui Ioannis pauca quædam mihi sunt petēda

Lib. 2. aduersus Pelagianos.

Ambrosius de apologia Dauid.

atque

atqúe depromenda, quæ visa sunt iuuare quod molior, & illud primum fuerit. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius nõ custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Cui adde illud Sapientiæ.15. Nosse te, est consummata iustitia, & illud, Ioan.17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, id est, interprete Diuo Cyrillo. Cognoscere Deum per fidẽ, est origò & fons vitæ æternæ, aut ianua, & via ad eam, sed nemo vere noscit Deum (vt ait Ioannes) qui mandata eius non custodit, ergo sola fide, qua mandata Dei non obseruãtur, quia impletio legis est dilectio, homo nõ cognoscit Deum, nec fit iustus, quippe qđ nosse eum est cõsummata iustitia, Sapiẽ.15. & vita æterna, Ioan.17. Vides hæc duo scripturæ loca adeo non stare ab illorum partibus, qui solam tutantur fidẽ, vt eorum opinionem explodant refellant quàm apertissime, vtut interim illi horum nomine venditent sese, & sibijpsis mirificé blandiantur, ac his, qui sunt veluti arundinei scipiones, subnixi, triumphum decan- 1. Ioan. 2.

tent arte victoriam. At pergam adhuc
1. Ioan. 3. plura Ioannis testimonia recensere. Hic
rursus ait. Qui odit fratrē suū, in tenebris
est, cui adde, sed quisquis credit tantum,
odit fratrem suum, quia nō diligit eum,
Expende ist ac diligenter est ergo is in tenebris criminū, necdum
iustificatus est. Docet quoq; hic Ioannis
locus, prius oportere nos missum facere
odium fraternum, illiq; cōdonare, quod
in nos admiserit, quàm ignoscatur nobis
à Deo, & iustificemur, alioqui mansuri in
tenebris delictorum nostrorum. Accedat & id Ioannis. Si quis diligit mundum,
non est charitas patris in eo, sed qui tantum credit sine pœnitentia & dilectione
Dei, adhuc mundum diligit, inhærescendo cupiditatibus illius, ergo charitas seu
dilectio patris non est in eo, at charitas patris est in quòuis iustificato, vt liquet, ergo sine pœnitentia & dilectione Dei non fit iustificatio hominis per
fidem solam. Hanc firmat & stabilit sententiam, quod Ioan. capite. 3. eiusdem epi
1. Ioan. 3. stolæ habet ad hanc formam. Omnis qui
non

non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem. Ex his necto eiusmodi syllogismum, Qui non diligit fratrem non est ex Deo, sed quisquis credit tantum, non diligit fratrem, vt liquet, ergo hic non est ex Deo, quamobrem nec est iustificatus, quandoquidem omnis iustificatus est ex Deo natus per gratiam iustificantem illum. Ad hæc Ioannes. Qui non diligit, manet in morte. Dici vix potest, quàm misere torquetur hic locus à multis, vt nihil videatur patrocinari nobis, qui nitimur persuadere, hominem nõ sola fide, sed charitate, vt alijs Dei donis, reddi iustum. Sed quàm illud imperite fit ab eis, mox auspice Deo Opt. Maximo, palam erit. Nam sic primum ratiocinor, subnixus hoc D. Ioannis testimonio. Qui non diligit, manet in morte scilicet peccati. sed quisquis credit tantum, hic non diligit, itaque manet adhuc in morte peccati, quamobrem non est iustificatus, quia iustificatio est animæ viuificatio, aut certe vita animę donatur per eã.

Audi

Cypriani sermone de baptismo Christi,

Audi Cyprianum dicentem. Nec pertinet ad te Domine, nec de tuis est, qui te non diligit, sed qui fidem tantum habet seu credit solum, Dominum non diligit, quocirca non pertinet ad eum, nec eius est, quomodo igitur iustificat' est? At

Lib. de iustificatione fidei aduersus Pighium

præstat huc referre verba hæc Buceri. Qui fratrem non diligit, nec Deum diligit, & manet in morte. Coniuncta ergo fidei semper & dilectio est, nõ minus proximi, quàm Dei. Tria ergo sunt fides, spes, & dilectio, non vnum, sed inter se perpetuo connexa. Fides viua est, non mortua, qua credimus, & per eam iustificamur. Hæc ille, ex Lutheri discipulis non infimus. Qui hic fatetur, fidem iustificantem habere adnexam dilectionem Dei & proximi, ac viuam esse fidem, qua iustificemur, idq; recte asserit, sed cú alibi inficiatur dilectionem quicquàm conducere ad iustificationem, vt quæ sola fide peragitur, cúm pugnantia, tum scripturæ repugnantia temere procul dubio, atque indocte, ne quid dicam acerbius, effutit. Nam cum fide viua, quæ connexã habeat

habeat charitatẽ iuſtificetur homo, quã obrẽ ſoli fidei tribuatur is effectus, cúm fides ex ſe ſine charitate, id beneficij nobis non conferat? Sed expendamus Bucerí ſuffugium, quo conatur hunc Diui Ioannis locum eludere, poſtquàm orthodoxorum ſyllogiſmum ex hoc loco, aduerſus ſolius fidei iuſtificationem contextũ appellauerit futilem, illico adtexit rationem inquiens. Valet enim tantundem atque iſtud. Sine vſu ſenſuum, ſine cibi potuſque concoctione, & digeſtione, & motu nemo viuit, ergo vis, qua per ſe & primo vitam recipimus, eſt vſus ſenſuum, & mot'. Sed dicit, ſi manet homo in morte, qui non diligit, dilectio vitam præcedat, & maneat homo in morte donec diligat, oportet. Hic primum deſidero acumen Pighij, ex amore proximi concludẽtis, quód proprium ſit amori Dei. Tãetſi enim eadem vi Spiritus ſancti conſtet nobis amor Dei & proximi, tamen hic ex illo naſcitur, & eum ſequitur, vt hic locus magis contra Pighium faciat, ſi ipſius argumentandi ratio valeat. Nam

Bucerus conatur Ioannis locũ eludere ſed irrito conatu.

Pighij hæc.

Ioannes

Ioannes scribit, Qui non diligit fratrem manet in morte. Euincitur ergo ex hoc loco, non amorem Dei, sed proximi, esse proximam & efficacem dispositionē iustificationis. Deinde qua logica concluditur, si quid sit eiusmodi, vt res aliqua sine eo esse non possit, idem id quoque esse, quo ea res primum cōstat. Fatemur in morte hominē manere, & esse à Deo alienum, quādiu est absq; dilectione Dei, & proximi, absq; studio, & obseruātia præceptorum Dei. Verū amorē vel Dei vel proximi illud esse, quo primum homo coniungitur Deo, inseritur Christo, & donatur induiturq; iustitia Christi, id vero pernegam', quia id Apostolus fidei tribuit. Hæc ille. Mox addit rationē, quamobrē amor Dei nō iustificaret dicēs. Tum idē ratione euidēter demōstratur. Nec enim Deum, vt Deum quisquā potest amare, nisi agnoscat eū velle, & sibi Deum esse, idest, seruatorē, vitæq; æternæ largitorem. Hoc vero opus fidei est, qua creditur Euangelio. i. certæ persuasionis, qua Spir. sanct. persuadet, & nobis à Deo Christum

ſtum donatum redéptorē, & cum eo ō-
nia. Cui perſuaſioni neceſſario adhęret
quidē ſed nō pręit ſyncerus Dei amor, ti
mor filialis, ſtudium Deo ſe approbandi
per oīa. Hæc ille. Infra paulo adijcit. Ve
rum eſt, in morte manet ōnis non amans
Deum, vitā tamen nō amor, ſed fides in
Chriſtum recipit. Quàm vero hæc ſint à
vero aliena, mox ōnibus palā fiet, ne quis
aberret, & hallucinetur, dum hæc legit,
quę prima (vt dici ſolet) fronte, energię
& efficaciæ plena forſitan videbuntur le
ctori, præſertī nō ita attento, aut occupa
to in lectiōe ſacrarū literarum. Nā qđ pri
mo ait ſyllogiſmū hūc cōtextū à catholi-
cis, videlicet q̄ eſt ſine amore Dei, & ꝓx
ximi, timore ſeruili, ac ſtudio bonorum
operū, is manet in morte, nō habet De-
um patrē, nō diligitur à Deo, nō eſt par
ticeps teſtamenti diuini, ergo amor Dei
ſyncerus, habens coniunctum timorem
Dei filialem, & obſeruationem pręcep-
torum eius, eſt, quo proprie, & primo iu
ſtificationē recipimus, non fides. Qđ inq̄
hūc ſyllogiſmū vocat paralogiſmū futilē

Confutatio eluſionis Buccranæ.

id eſt

id est deceptionem per falsas ratiocinationes, eamq3 vanam & elumbem, componēs eundem cum hoc. Sine sensuum vsu, sine cibi potusq3 concoctione, & digestione, ac motu nemo viuit, ergo vis, qua per se & primo vitam recipimus, est vsus sensuum, & motus. Quòd, inquam, existimet perinde valere hanc collectionem, atq3 illam catholicorum, stupiditatē suam manifeste prodit, ac se deridendum omnibus propinat. Nam quis adeo cæcutit, vt nō videat amorem Dei & proximi, timorem filialem, ac studium bonorum operum longe secús se habere ad hominem iustificādum, quàm vsus sensuum & motus ad vitam comparādum? Nemo enim non fatetur libēs ac lubens sensuum functionem ac motum, tempore sequi impartitionem vitæ, aut viuificationem hominis, vt quæ sunt effecta viui iam hominis, ac eum aliquando viuere absq3 fere omnium sensuum vsu, motu, cibiq3 & potus concoctiōe & digestione, quis nescit? At amorem Dei & proximi, timorem filialem, & studium se per omnia Deo appro-

probandi, coniungi fidei iustificanti, Bucerus ipse agnoscit, nec eam sequi istęc asserit, tempore saltem aliquo. Quocirca collatio illa nō consistit, nec Buceri consilium quicquàm iuuat. Deinde, quòd ait se desiderare acumen Pighij concludentis ex amore proximi, quod proprium sit amori Dei, videtur mihi suam prodere inscitiam, ne dicam carpendi studium, ac calumniandi malitiam. Nam Pighius acute satis & ingeniose docet, quód quisquis proximū non diligit, manet in morte, ac propterea oportet dilectionem proximi anteire collationem vitæ spiritualis ipsi animæ hominis, nec hoc proprium est amori Dei. Nam qui proximum diligit, in eo Deum diligit & propter Deum, ac rursus, quisquis Deum diligit, hic ꝓpter illum, amore proximum prosequitur, vt idem sit dicere, qui nō diligit proximum manet in morte, quod dicere, qui non diligit Deum, manet in morte. Nec nascitur dilectio proximi ex Dei dilectione vt Bucerus asserit, sed simul consistunt in anima hominis. Adijcit ad hæc Bucerus.

Deinde

Deinde qua logica concluditur, si quid sit eiusmodi, vt res aliqua sine eo esse nó possit, idem id quóque esse, quo ea res primum constat? Fatemur hominem in morte manere, & esse à Deo alienum, quàmdiu est absqúe dilectione Dei, & proximi, &c. Verùm amorem Dei vel proximi, &c. illud esse, quo primo homo coniungitur Deo, &c. id vero pernegamus, quia Apostolus illud fidei tribuit. Hic Bucerus ait amorem Dei & proximi, timorem filialem, & studium seu voluntatem sese Deo per omnia approbãdi, adnecti fidei, dum ea iustificatur homo, vt nisi diligat Deum & proximum, timorem habeat filialem, ac illud studium se per omnia approbandi Deo, maneat in morte delictorum, nec iustificari possit, sed istæc nihil operari aut conferre ad iustificationem, vt quæ fit sola fide sine horum adminiculo. Verúm hunc rogo, quá obrem oporteret hominem amore Deum prosequi & proximum, Deum timere vt patrem deceat filium, ac illi se per omnia approbare velle, ac operã dare,

si hæc

si hæc opera ociosa essent, ac prorsus nihil cõferrent ad conficiendã hominis iustificationẽ. Quod vero actu & reipsa oportet vt diligatur proximus, antequã fiat quis iustus ex iniusto, conuincere hæc Ioannis verba, videlicet, Qui nõ diligit, manet in morte, facile fuerit ostendere vel ex verbis alijs eiusdẽ capitis, quæ vel antecedunt, vel sequuntur hanc sententiam. Antecedunt enim hæc. Qui non diligit fratrẽ, ex Deo non est, sed qui ex Deo non est, hic nõ est iustificatus, eo quòd quisquis iustus est, filius Dei est, atque ex eo natus, ergo dilectionem proximi anteire iustificationem oportet, licet non tempore, ordine tamen quódam naturę. Rursus sic differo subnixus Diui Ioannis verbis. Qui non diligit fratrẽ, eum odio prosequi est necesse, quia inter hæc duo nihil penitus interuenit, vt Matthæi. 6. liquet, at qui odit fratrem, homicida est (vt ait Ioannes in hoc eodem loco) & õnis homicida non habet vitam æternam in se manentem, idcirco qui adhuc fratrem amore non prosequitur, iustificari mini-

minime potest, quantumcumq3 credit si bi peccata propter Christum esse remissa. Illudq3, Omnis homicida vitā ęternā in se manentē non habet, significat, idcir co homicidas vitam in se nō habere, quia homicidæ sunt, quare & illud, qui non di ligit, manet in morte, etiam sic intellexit D. Ioannes, vt causa, cur homo in morte maneat, sit non diligere fratrem. Verum recipiet se oratio ad Buceri sententiam confutandam, asserentis fidei iustificanti indiuulsim adnecti & cōglutinari spem, amorem Dei, & proximi &c, sed his non apprehendi iustitiam, nec iuuare istęc do na Dei quicquàm ad parandam iustificationem. Cúm hæc propugnat, atq3 defēdit, nec vllus scripturæ locus, nec é veteribus idoneis ac probatis scripturæ interpretibus quisquàm illi suffragatur, sed ad uersus eius opinionem à nobis ac nostris partibus stant omnes, vt hic statim fiet luculentum, faxit Deus, vt etiam sit perinde omnibus persuasum. Audi quid dicat Ambrosius lib. 9. epistola. 74, Qui nō diligit, peccato obnoxius est. Ergo nō di

ligit

ligit, qui peccat. Charitas enim operit multitudinẽ peccatorum. Quid operiri à charitate peccata, ſupra diximus abunde, quæ refutant ſatis dilucide Buceri ſententiam, qua adſtruit, charitatem nihil operari aut conducere ad iuſtificatiõ ẽ. Legat igitur ea, quiſquis velit inſtruĩ de hac re plenius. Nam ego addam hic alia ex antiquorum elucubrationibus, quę noſtram probent, & Buceri improbent opinionẽ, idq; poſtquã illud 1. Ioan. 4. adduxero. Qui nõ diligit, nõ nouit Deũ, quoniam Deus charitas eſt, at noſſe Deum eſt cõſummata iuſtitia, Sapientiæ. 15. & vita æterna, Ioan. 17. qui ergo non diligit, nec adeptus eſt iuſtitiam, nec vitam æternã, hoc eſt originem & fontem eius fidem iuſtificãtem. Cedo itaq; mihi ſodes, cur is inficias amorem id eſſe, quo homo iuſtificetur, ſed id dicis eſſe ſolam fidem? Efficit enim ille, vt noſcas Deum, cauſſa eſt ergo, vt iuſtus fias, quando noſſe eſt iuſtitia & vita æterna. Verum de his ſatis. Iam diſpiciam', quæ fuerint autorum claſſicorum de hac re ſententiæ, vt lique

1. Ioan. 4.

at, quàm Bucerus ab eis omnibus late diſſentiat, dum hũc ſuum errorem craſſum tuetur.

CAPVT XVI.

Caput 16. complectens veterum, ac maxime idoneorum ſcriptorum ſententias quaſdam non ſine delectu huc coniectas.

HIS addere viſum eſt candide lector, veterum quorundam ſententias quæ ſubapparebant mihi meo inſtituto perſuadendo non parum accommodæ, & idoneæ, vt ſic tãdem inducant ſibi in animos pij ac candidi lectores, a vero eſſe alieniſsimam Lutheranorum de hac re ſententiam, vtq; velint diligentius dare operam, ne ſinant per illam ſibi ab eis verba dari, dum eã temere & incogitanter exoſcularentur, atq; amplecterentur in luculentum & extremum animarum ſuarum, nedum corporum, exitium. At exordiar ab hac D. Hieronymi ſententia, qua enarrat quomodo

modo Christus habitat in cordibus nostris per fidem, Eph. 3. Habitatio (inquit) ista, quæ per exordium fidei fabricatur, radices & fundamentum in charitate habet. Quid his dilucidius, quo nobis sit persuasum, fidem esse veluti exordium & initium habitationis Christi in nobis, non integram causſam eius, vt quam habere radices, & fundamentum in charitate asserit? Idem ediſſerẽs ca. 5. ad Galatas, corroborat meam ſententiá apertius dicens. Quia ſola charitas cor mundum efficit, ideo tantopere à diabolo oppugnatur in nobis, ne Deum pura mente videamus. Hic Hieronymus emundationem cordis noſtri, quæ fit per iuſtificationem, attribuit ſoli charitati, tantum abeſt, vt velit ſic illam ſoli fidei acceptam eſſe ferendá, vt charitas non ſit illius cauſſa, quemadmodum Lutherani aſſeuerant. Ad hæc ſic ſcribit D. Hierony. enarrans caput. 3. ad Galatas. Credidit Abraham Deo (inquit) & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Credidit exiens de terra ſua, quam neſciebat, Saram nonagenariam, & ſterilem

In Epheſ. cap. 3.

confidens parituram, & audita Dei promissione, quòd in Isaac vocaretur sibi semen, ipsum Isaac offerens victimam, & tamen de promissione Dei non dubitãs, recte tali reputatur fides eius ad iustitiã, qui legis opera supergressus, Deum non metu, sed dilectione promeruit. Hęc ille. Vnde videamus D. Hieronymum non soli fidei tribuisse iustificationem Abrahæ, sed dilectioni quoq; vt alijs quibusdam. Item explanans illud Gala. 5, Fides quæ operatur per charitatem, ait. Vt & fides, quæ cõputata est Abrahæ ad iustitiam, comprobetur, & omne opus fidei in charitate ponatur, tota lege, & prophetis ex charitate pendentibus. Hæc ille. Hilarius Canone. 4. in Matthæum. Et quia charitas plurimum peccatorum tegit & errorum nostrorum ambitiosa ad Deum patrona est, nouissimum pœnæ quadrantem soluemus, nisi precio ipsius aliquantorum criminum culpa redimatur. Hæc ille. D. Augustinus his non vno in loco accedit, ac primo his verbis. Per spiritum sanctum infunditur charitas in cordibus no-

Augustinus de natura & gratia cap. 63.

nostris, qua vna iusti sunt, quicunq; iusti-sunt, quomodo igitur sola fide iusti sunt, quicunq; iusti sunt? Item inquit ille. Charitas ipsa est verissima, plenissima, & perfectissimà iustitia, Rursus. Charitas est salus morum, finis cœlestium prçceptorum vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, causa bonorum meritorum, præmium perfectorum, sine qua nemo placuit Deo. Audis hic charitatem salutẽ morum, virtutum vitam, & sine ea nemi nem Deo placere. Cur itaq; negas hominem illius subsidio iustificari? Adde sequẽtes locos. Fortis est, vt mors, dilectio. Quia sicut mors euellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentijs carnalibus. Quid hoc est, si non sit conferre ad iustificationem hominis? Item ait, mundantur peccata & illa, quæ supereminet omnib' charitate. iuxta illud Petri. Charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Perri. 4. Nonne mundari peccata per charitatem est hominem illa iustificari? Idem ait. Amorem Dei vsq; ad sui contemptum facere ciuitatem cœlestem. Item inutiliter

Libro de laudibus charitatis

Tom. 2. epist. 29.

Tom. 7. Lib. 2. cap 12 & 13. cõtra Cresconium grammaticum.

De ciuitate Dei lib. 14. cap. 28

credit hòmo, & ſperat niſi amet, vt Paulus vult Gala. 5. Hoc Auguſt. in Enchir. ca. 117. concludés his verbis. Regnat carnalis cupiditas, vbi non eſt Dei charitas.

De natura & gratia cap. vlti.

Charitas inchoata, inchoata iuſtitia eſt, charitas ꝓuecta, ꝓuecta iuſtitia eſt, charitas magna, magna iuſtitia eſt, charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt. Alibi ait.

Tracta. 5. in primã Ioan. epi

Qui habẽt charitatẽ, ſunt ex Deo, qnõ habẽt, nõ ſũt nati ex Deo. Ad hãc formã & illa pertinẽt, q̃ To. 10, ſermone primo in quadrageſima habet dicẽs de fide chriſtiana, q̃ operatur per charitatẽ, Gala 5. Hæc eſt porta vitæ, hæc ianua regni. Oportet vos ſcire, qđ in õnib' Dei præceptis charitas obtinet principatum, ſine cuius ꝓfectiõe nihil Deo poſſe placere cõſtat. Qui fieret igitur vt ſola fide homo illi placeret? Nec ab his abhorrẽt illa eiusdẽ ad Ianuariũ epiſt. 119. Apoſtolus dicit nos reſurrexiſſe cum Chriſto Coloſſe. 3. Vnde? Niſi qđ hoc per fidẽ, ſpem, & dilectionem, factum eſſe dicit in nobis ſcđm primitias ſpiritus? Quid appellat hic Augu. noſtram cum Chriſto reſurrectionẽ

aliud

aliud, quàm iuſtificationẽ noſtram, quã aſſerit per fidem, ſpem, & charitatẽ factam eſſe in nobis, non per ſolam fidem? Hinc eſt quod ad Simplicianum ait, nos ex fide incipere iuſtificari. In enchir. ca. 8 De amore quid dicã, ſine quo fides nihil ꝓdeſt. Nihil ꝓdeſt, Auguſtine, fides ſine amore? Neſcis ea ſola iuſtificari hominẽ, qđ eſt maximopere prodeſſe? Si hodie eſſes ſuperſtes, cogereris Lutheranis operã dare, hauſurus de illorum lacunis aliam doctrinam, plus conſolationis turbatis conſcientijs allaturam, vt quæ illas tranquillas & pacatas reddet, cùm iſtæc tua inquietas, hærentes, ac tantum nõ deſperantes efficiat. Sed miſsis iocis, ſerio iterum ludat Auguſtinus, vt quàm ſit digna illudi Lutheranorum ſententia omnibus palam fiat. Vna charitate iuſtus eſt, quiſquis vere iuſtus eſt Auguſt. de natura & gratia ca. 38. Idẽ. Iuſtus (inquit) ex fide viuit, quę operatur ꝓ charitatẽ. Hoc cine eſt charitatem nihil conferre ad iuſtificationem? Rurſus ſic inquit. Primum medicamentum animæ ægrotanti eſt plena

Tomo. 4. lib. 2. q. 2.

Tomo 3.

Tomo. 10. Serm. 168

na & perfecta dilectio, per quam possit non solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Confert nihil medicamentum ad sanandum ægrotum? Et alibi. Nisi per fidem diligatur Deus, nō poterit cor mundari, quo ad Deum videndum sit aptum & idoneum. Dantur & alia per spi. sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt, vt. 1. Cor. 13, docetur. Si alia dona, vt fides, timor, spes &c. nihil possunt prodesse sine charitate, igitur non prosunt ad peragendam sine illa iustificationem hominis. Mox, ipsam fidem non facit vtilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest esse, sed non & prodesse, & ideo Apostolus ait. In Christo Iesu neqùe præputium, neq3 circuncisio aliquid valet, sed fides, quæ per charitatem operatur. Si vtilitas fidei prouenit ex charitate, quamobrem non diceremus iustificationem, quæ est vtilitas fidei maxima, ex charitate proficisci, & ideo potius hominem charitate iustificari quàm fide? De fide & operib', Scriptura (inquit) apertissime dicit, nihil prodesse fidem, ni

Tom. 3. de Trini. lib. 9. cap 4

Tom. 3. de Trini. lib 15. cap. 18.

cap. 1<.

si

si quæ per dilectiõem operatur. Gala.5. Per hanc fidem Christus habitat in cordibus nostris. Ephe.3. Hæc Christi fides est, hæc in fundamento neminem sinit perire. Tractatu.10. in primam Ioannis ait, nos fide spe & dilectione vniri Christo, & membra in corpore effici. Postremo alibi inquit. Nos per charitatem peccata nostra redimere possumus. Charitas, quæ colligit, & viuificat omnia eccle siæ membra, si viderit te de alterius ruina gaudere, statim præcidet te à corpore. Hactenus de Augustini libris testimonia deprompsimus. Núc Ambrosium audiamus, qui subinde nostræ huic sententiæ accedit, à quo hæc mutuati sumus loca, quæ hic subtexuntur. Gala.5. In Christo &c. inquit, sola enim fides opus est in charitate ad iustificationem. Vides hic Ambrosium addere ad iustificationem hominis charitatem, licet alibi dicat sola fide hominem iustificari, vt scias illum dictione sola non excluisse charitatem à caussa iustificationis, sed tantum opera legis Mosaicæ, & operum moralium

Homil.16.

Ambrosius

antece-

antecedentium merita, item opera per liberum arbitrium & legis cognitionem ſine Dei auxilio præſtita, aduerſus Iudæos contendentes ſeſe per impletionem legis moralis & ſuorũ operum merita, & ſuis viribus & legis cognitiõe aſpiraſſe ad gratiam Dei & remiſsionem admiſsorum. Rurſus in illud. Si dedero omnes facultates meas &c. 1. Cor. 13. ait. Apertum eſt, ſi omnis impendatur ſubſtãtia, nihil proficit, charitate neglecta, quia caput religionis eſt charitas, & qui caput non habet, vitam non habet. Adfert itaq; charitas vitam gratiæ homini, & proinde iuſtificat eum. Paulo infra ait Fundamentum religionis eſt charitas. Mitto reliqua eius teſtimonia, quæ ſane multa ſunt, & Baſiliũ adeo, mihi in hunc modum ſuffragantem Non omnium Deus eſt Deus, ſed eorum qui ipſi coniuncti ſunt per dilectionem, vel vt Antonius græcus ex eo habet, ſed eorum, quos ei charitas conciliauerat. Quid eſt huic, Deo per dilectionem coniungi, ſi nõ ſit iuſtificari? Quamobrem cũ idem dicit

Baſilius in Pſalm. 19.

ſola

ſola fide hominem iuſtificari, non vult excludere charitatem. Prodeat nunc Chryſoſt, vt liquido conſtet hunc charitati vim iuſtificandi attribuiſſe, licet ſola fide alicubi aſſerat hominem reddi iuſtum. Is illud Pauli primo Corinthæorum decimo ſexto. Si quis Dominum Ieſum non diligit, anathema ſit explanans ait. Vt charitas, quoties inualeſcit, omnium vitiorum genera extinguit, expellitque, ſic quoties remittitur illa, locus ſtatim fit vitijs ſtatimque pullulant mala. Vos charitatis præcellentiam non obſtupeſcitis bonorum omnium caput? Cui accedit & illud eiuſdem enarrantis id Pauli .1. Corint. duodecimo. Adhuc excellentiorē viam &c. Charitatē dicēs de cuius laudibus orationem facturus, primum cętera huius comparatione demolitur, vt quæ hanc citra ſunt plane nihil. Póſt vocat omnem fidem, vniuerſam fidem, & eam, quam Chriſtus cocco, ſeu grano ſinapis contulerit. Item de laudibus Pauli inquit. Paulus continuo de charitate diſſeruit, poſtquàm dixerit, Eſto-

Chryſoſt.

Fides ſine charitate nihil eſt ergo non iuſtificat ſine ea.

te

Tomo.4, Homilia,3 te imitatores mei, quia hęc pręcipue virtus homines Deo proximos facit. Hæc cunctorum bonorum caput est. Charitas omnium bonorum mater, Homilia. 17. in Matthæum. Leo maximus, sermone septimo, non abhorret ab hac sententia dicens. Charitas operit multitudinẽ peccatorum, charitas est fidei robur. Ad de his Procli Constantinopolitani Episcopi sententiã hãc. Charitas vero sanctę nostræ religionis culmen est, & caput, fides autẽ charitatis est speculum, cõtra, charitas est fidei firmamẽtũ. Omnis christianus qui non est fide, spe, & charitate præditus, id quod dicitur, non est. Hæc ille. Hæc efficacia sunt, sed illa Cyrilli longe efficaciora. Voluntaria est nostra cum Christo conglutinatio, & charitate ac fide perficitur. Nostra cum Christo conglutinatio, seu coniunctio charitate & fide perficitur, & tamen sola fide peragitur nostra iustificatio, quomodo consistunt hæc? Nunquid nostra cũ Christo conglutinatio fit absq; iustificatione, aut non ijsdem perficitur, quibus iustificatio

Tomo.2.

Ad Armenos contra Nestorium

Cyrillus libro.10. in Ioan.14, Quomodo dilectioni non est sũmopere incumbendũ quæ cæterorum omnium uirtutum ori

catio? Mox addit hæc Cyrillus. Qui ergo per fidem Christo solummodo coniunguntur, sola illi confessióe inhærétes, nec charitatis vimine se colligantes, palmites sunt, sed infructuosi, quia fides sine operibus mortua est, & ideo agricolæ falx eos seueriſsime amputat, & igni tradit. Hactenus ille. Eodem pertinet quod Antonius græcus ex Nyſſeno colligit his verbis. Totus malorum grex per habitū dilectionis aboletur. Vides Nyſſenum fratrem Basilij magni asserere, per habitum charitatis aboleri totum gregē malorum, quod, qúi fieret, si charitas nihil adiumenti ad iustificationem adfert? Suffragatur his Antiochus græcus autor per vetus, dicens. Fides prædux viæ est. Charitas ipsa via est, ad Deum vsq3 subuehens hominem. Quid est hominem ad Deum vsq3 subuehere charitatem, si nō sit conducere ad illius iustificationem? Proxima Homilia ait. De charitate autē (quæ tertiā sortitur inclasse virtutum nomēclaturam, primiceria alioqui cúm sit, cæteras omnes virtutes anteuertens dignitate)

go & caput est, Cyrillus ibidem.

Sermo. 26.

Homil. 1.

Charitas cæteris præstat virtutibus 1. Cori. 13.

nitate) posteriore loco explicatius disse remus. Vitæ origo est ea (inquit ille Homilia 1. Yquę per fidem & dilectionem, cui nihil āteponitur &c. Iuxta illius ergo sententiam, per charitatem fit iustificatio hominis, vt quæ est origo vitæ spiritualis, & gratiæ, qua anima hominis viuificatur. Postremo ille disserens de charita

Homi. 128 te erga Deum ait. Eam intelligo charitatem quæ nos Deo proxime cōnectit, & confœderat, quæ nos efficit Dei filios. Nonne hoc est iustificare? In eadem Homilia nitens testimonio Christi apud. Ioan. in euāgelio, quo is pollicetur sese manifestaturum diligenti, ad hunc modum scribit. Vide hic quā operaria sit erga Deū charitas, ipsius cōfert dilucidā cognitionē, sed dilucida cognitio Dei est vita æterna, & vera coram Deo iustitia. Sapien. 15. Nosse te &c. Io. 17. Hæc est vita &c, quocirca charitas nonnihil confert

Oecumenius. ad iustificationē. At suffragetur his Oecumenius in cap. 12. prioris epistolæ ad Corinthios. Quæ est ergo hæc via? Charitas inquit, sine qua nullum donum quid

quàm

quàm adfert vtilitatis. Hæc ille, vnde liquet fidem sine charitate nihil adferre vtilitatis, ergo non iustificat sine illius interuentu & auxilio, quia id est maximæ vtilitati esse. Iam, vt breuis sim ac multa sciens omittam, finem his imponat Dionisius Diui Pauli discipulus, & Ignatius D. Ioannis discipulus, quorum prior habet. Primus animi ad diuina motus, dilectio Dei est. Posterior hæc. Habentes fidem, & dilectionem, quæ est principium vitæ & finis. Principium quidem vitæ est fides, finis vero eius dilectio. Ambæ vero simul iunctæ, in vnitate factæ, hominem Dei perficiunt. Annon docet hæc Ignatium non vni & soli fidei iustificationem adscripsisse, sed charitati vt fini hominis vitæ, & fidei tanquàm exordio, & initio? Coniungi itaq; & conglutinari oportet in hominis iustificatione fidem & charitatem, & nec has solas, sed cæteras omnes, vt quæ sunt connexæ indiuulsim in hominis iustificatione. Hactenus nostra stabiliuimus candide lector, non gloriolæ siti, quæ sola (vt inquit

Dionisius de eccles. Hierar. cap. 1. p. ante 1. Ignatius epi. 10

quit Flaccus) animos, metemq3 peruri, nec carpendi libidine, sed ipsius veritatis indagandæ ac propugnandæ studio. Id quod, haud secus interpretari, tui fuerit candoris. Quód si deprehenderis alicubi aberrasse me à vero, me errati commoneto, gratiam apud me initurus vel hoc nomine maximam, tantum abest, vt tibi succenseam. Iam itaq3 quæ obijciuntur, compendio quodam excutiamus, & excussa propellamus, vt nemini non liqueat, quàm illa non faciant pro diuersa fulcienda, ac constituenda sententia, vt admodum stupidum esse oporteat, qui eo intellecto velit aduersariorum dogma amplecti, aut illi semel imbibito diutius inhærere

CAPVT XVII.

Caput. 17. in quo de his disseritur, quæ aduersæ sententiæ assertores, à se stare arbitrantur.

PRIMVM obijciũt illud Geneseos. Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam vel vt habent Hebræa & reputata est ea res iustitia, seu iustificatio. Hic (inquiunt Lutherani) scriptura tribuit Abrahami iustificationem soli fidei, quia nec spei, nec timoris, nec resipiscẽtię, nec deniq; charitatis vllã facit mentionem, cúm de illius loquitur iustificatione, quod satis indicat illam nulli ex his esse ferendam acceptam, sed fidei soli. Rursus Paulus Roma. 4. hinc colligit Abraham non fuisse iustificatum ex operibus, sed ex fide dũtaxat. Telum istud aduersariorum, vt pistillo est retusius, ita facile retũdi potest. Nam principio, quod ad verborum consequentiam seu collectionem attinet, in manifesto est, quàm non cõsistat hic argumentandi modus. Sacra scriptura Abrahæ iustificationẽ adscribit fidei, ergo soli fidei. Nam si pondus habebit hæc ratio, cur non peræq; valeret hæc col-

Prima Obiectio ex Genes. cap. 15.

Responsio.

collectio. Sacra scriptura tribuit illius iustificationem operibus sine omni mentione fidei, vt Iaco. 2. liquet, ergo ille per sola opera sine fide iustificatus est. Deinde locus hic Geneseos probe excussus ac expensus facile ostender, nihil penitus subsidij posse ex eo depromi pro Lutheranæ fidei iustificatione. Namillis fere omnibus, fides iustificans est certa fiducia, vel firma quędam persuasio, qua certo credimus, vel statuimus nostra nobis remissa esse scelera propter Christum, nosqúe in Dei gratiam recipi illius beneficio, quale nihil credidit Abraham, vt iustus euaderet, sed firmiter absqúe omni hæsitantia credidit Deo pollicēti adauctionem seminis, & qué dam ex se oriturum, qui illi hęres futurus esset. Sub hæc, quis non vidit Abraham prius fuisse iustificatum, quàm hæc dicerentur de eo, vt quod hic dicitur imputatam fuisse fidem ad iustitiam, oporteat intelligi ad maiorem iustitiā fuisse deputatam fidem, vt iustus iustior fieret, Apocalip. 22. Nam credidit ille & iustus fuit,

cúm

cùm iussu Dei solum suum natale deseruit petiturus alienam terram, quemadmodum Paulus refert Hebr. 11. Quocirca hic Geneseos locus, credidit Abraham &c. nihil suffragatur his, qui cõtendunt remissionem admissorum tribuẽdam esse soli fidei. Eodem pertinet, quòd Abraham exiens é terra sua non credidit solum, sed obediuit Deo, spem in eo locauit, timuit illum, amore prosecutus est, ac erectis altaribus eum sacrificiorum immolatione coluit, quemadmodum historia Geneseos aperte prodit, non est itaq; iustificatio eius adscribenda soli fidei, sed illi, & alij Dei donis. Taceo q; Hebræa hoc loco habent, baioua, hoc est in iehonah, vel in Domino vt idẽ sit credere in Domino, quod illi per amorem inhærere, inseriq;, vt interpretatur Diuus Augustinus, ficq; intelligatur locus de fide formata, & viua, non informi, & mortua. Transeo quoq; illud silẽtio, quòd locus hic Geneseos, nihil oĩo faciat poti' p iustificatiõe fidei q̃ operũ ex fide profectorú vt liquet Iac. 2.

Sicque Iacobi 2. accipi liquet

Audi Eusebium hac de re sic concionantem. Certum est, quòd sicut ille, credẽs ei, qui sibi apparuit, iustificatus est, & paternis superstitionibus repudiatis & spretis, veri Dei præcepta fide atque operibus executus est, & per hoc ei dicitur, Quia benedicẽtur &c. ita Christiani fide atque operibus id agant, vt paternæ superstitionis errore depulso, sequãtur Deum, quem secutus est Abraham, & ex simili fide eius iustificentur, sicuti iustificatus est Abraham. Quid igitur obstat, vt non vna & eadem religionis obseruantia deputetur in his, in quibus vnam atque eãdem fidei ac operum esse constitit formam? Hactenus ille, cui his verbis subscribit Diuus Hieronymus. Sicut Abraham in præputio iustificat' est, ita & nos iustificabimur, si fidem & opera habuerimus patris nostri Abrahæ. Vides ne Abraham non fide solum sed operibus fuisse iustificatum, & nos nactos similẽ fidẽ & opa haud dissimilia illius operibus, iustificandos esse? Verum loquatur iterum Hieronymus in huius rei corrobora-

Lib. 1. cap. 1. histor. Eccles.

Tom. 1. ad Principiã Genesim

roborationem, qui enarrans hæc verba Pauli, Ephe. 6, Scutum fidei, ait. Hæc est fides, super qua & Abraham post multa opera, & virtutes vix potuit promereri, vt de eo scriptura diceret, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Consule Originem, Roma. 4. Cæterum mihi vide optime lector, qúa frigidum nobis nectant syllogismum, ex scriptura parum recte intellecta. Nosse Deum (inquiũt) est cõsummata iustitia, Sapiẽ. 15, sed Deus sola fide noscitur, ergo fide sola iustificatur homo. Assumptum istud, sed sola fide noscitur Deꝰ, est à vero quàm alienissimum, non enim sine Dei dilectione & eius præceptorum impletione noscitur Deus, quemadmodum. 1. Ioan. 2. his verbis docetur. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est, &. 1. Ioan. 4. Qui non diligit, non nouit Deum. Quamobrem hoc scripturę testimonium commode potest in aduersariorum meorum refutationem hoc pacto retorqueri. Nosse Deum est consummata iustitia, sed per

2. Obiect.

Solutio.

ſolam fidem nemo Deum noſcit, vt liquet ex citatis Ioannis locis, ergo ſola fide non conſtat iuſtitia ſeu hominis iuſtificatio. Cernis itaq; iſtos gladium dediſſe, quo ipſi occiderentur. Aliud argumẽtum audi, nõ minus ineptum, quàm quæ iam ſunt excuſſa, & ex illo Eſaię collectum prodit, nempe. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos, & iniquitates eorum ipſe portabit, his addunt aſſertores ſolius fidei, ſed hæc ſcientia eſt ſola fides, ergo Chriſtus iuxta vaticinium prophetæ ſola fide iuſtificauit multos Dei ſeruos. Quis æquis auribꝰ ferat ſic argutantes, & ſuam craſsiſsimá prodentes inſcitiam? Primum enim non ait propheta, vel Deus potius per eum, in ſola ſciẽtia ſua, ſed in ſciẽtia ſua. Deinde iuxta D. Hierony. ſententiam, vocabulo ſcientiæ intellexit doctrinam. Ná is ſic habet eundem lócum enarrans. In ſcientia ſua, id eſt, doctrina, ipſe iuſtus, qui peccatum non fecit, nec dolus eſt in uẽtus in ore eius, & ſeruus patris, qui formam ſerui acceperat, & Domini ſeruie-

rat

Eſaiæ. 53.

Aepinus in Pſal. 19 Prophetæ aut nos cognitione Chriſti iuſtificari. Hæc cognitio eſt fide i noticia, ergo fide non operibus iuſtificamur coram Deo. Hæc ille in docte.

rat voluntati, multos iustificabit de to to corde credentes. Porro Hieronymus refert iuxta .70. versionem iustificandi vocem ad Christum, qui apparuit iustus tempore passionis suæ, hcet pro iniusto luebat pœnas, vt nos iusti essemus, sicq3 nihil facit locus pro aduersariorum firmanda doctrina. Postremo, cúm Hebræum vocabulum, quo hic vtitur propheta, cognitionem significet, & hanc nemo habeat, qui non diligat Deum, vt supra docuimus ex .1. Ioa. 4. constare est necesse cognitionem, qua quis iustificaretur, non ex fide sola, sed ex charitate quoq3 prodire, adeo vt hic locus pugnet potius cum solius fidei assertione, qúá pro ea propugnet quicquàm. Licet Lutherani habeãt persuasum eũ à suis ipsorum stare partibus. At pergam alia istorum retundere tela. Ioannis .17. hæc legimus. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, sed per solam fidem cognoscitur Deus esse verus ac solus Deus, & Iesus Christus, quem

Obiect.3.
Ioan.17.

quem misit pater, ergo sola fide habetur vita æterna, & iustificatur homo. Istius rationis assumptum, seu minorem (vt appellant) non probant, nec possunt probare, vt velint maxime. Nã licet simplice quadam cognitione ac mortua seu nuda perspiciendi cognitione, vt Cyrillus habet in hunc Ioãnis locum, qua dæmones, & sceleratissimi homines Christiani cognoscunt Deum, Deus cognoscitur, hac tamen nõ fit iustificatio, nisi velis dæmones, & pessimos quosque, qui hãc cognitionẽ sũt nacti, iustos euadere. Deinde Deus nõ cognoscitur (vt supra memorauim' ex. 1. Ioan. 2. &. 1. Ioan. 4.) absque dilectione & obseruatione mandatorum Dei. Ad hæc diuus Cyrillus edisserens hunc Ioannis locum ostendit, quomodo Dei cognitio, quæ habetur per fidem, sit vita æterna, dicens. Radicẽ atq; originẽ vitæ æternę, fidem, & veræ pietatis virtutem esse adfirmat euangelista. Rursus infra paulo ait. Cúm igitur origo, & quasi pronuba dictorum omnium bonorum, cognitio veri Dei esse inueniatur

Hæc cognitio dicitur effectiua seu affectiua, per quam Deus vere apprehẽditur & cognoscentis affectus in cognitum trãsformatur August. de prædesti. sanctorũ

ueniatur, rectè à Domino noſtro Ieſu Chriſto vita æterna eſt appellata, quaſi mater & radix virtute, naturaque ſua, vitam æternam pariens. Hactenus ille, oſtendens fidem non eſſe integram, & ſolitariam cauſam iuſtificationis, ſed primam radicem, originem & matrem illius tantum, quemadmodum Paulus appellat eam fundamentum & initium iuſtitiæ & vitę beatæ. Atque ſint hæc dicta in huius argumenti confutationem. Iam aliud prodit, perinde vt alia, elumbe, ac neruorum expers. Domine, oculi tui fidem reſpiciunt. Ex his Hieremiæ verbis exiſtimant ſolius fidei aſſertores, colligi poſſe ſolam fidē Deum intueri, quoties hominis remittit peccata, cùm Propheta nihil eiuſmodi vel ſomniauerit quidem. Nam primum non differit ibi Propheta de fide iuſtificante, ſeu prima theologica virtute, ſed fide iurisiurandi hoc eſt, de fideli obſeruatione eius, qua quis iurat proximo (vt inquit Dauid Pſal. 14.) & eum non decipit. Quòd de hac fide loquitur Propheta, verba eius, quæ proxi-

cap. 1. Ideo ex fide Paulus dicit iuſtificari hominem, non ex operibus, quia ipſa prima datur, qua impetrentur cætera &c. 1. Corin. 3. Hebr. 3. 6. 11

obiect. 4

Hier. 5. 6

Solutio.

Aemunah Hebra.

proxime antecedunt, testatur, nimirum istæc. Quod si etiam, viuit Dominus, dixerint, & hoc falso iurabunt, tunc sequitur, Domine oculi tui &c. Quod si de fide Theologica velis accipi, quod certe textus ipse non patitur, nihil tamen hinc adiumenti exhibebitur pro solius fidei assertione, tum quód non ait solam fidē, tum quód excluſit propheta fidei dictione, non spem, non timorem, non pœnitētiam, non deniq; ipsam maximam virtutum charitatem, sed opera Mosaicæ legis tantum, vt testatur D. Hieronymus in eundem locum inquiens. Domine, oculi tui respiciunt fidem, quæ hebraicæ dicitur Aemunah, non opera iudeorum in quibus iuxta legis ceremonias exultabant. Sed fidē Christianorum, per quam gratia salui facti sum'. Hæc ille. Cernis iā lector, hoc telum excussum esse é manibus aduersariorum. Iam vero compēdio & eadem opera, ad loca aliquot ab eis ex euangelijs desumpta respondeamus. Nam ex his struunt syllogismos parum acutos, & rationes plane stupeas. Christ' (in-

Hiere. 5. Hieronym.

Obiect 5.

(inquiũt) dixit mulieri profluuio sanguinis leuatæ. Confide filia, fides tua te sal uam fecit. A duobus cæcis fidem solum exegit dicens. Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, vtiq; Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secũdum fidem vestrã fiat vobis. Hęc ex Matthæo deprompserunt, quo assererent suam, nescio quam solam fidem, non videtes cæcæ talpæ, non egisse tunc Christum de iustificatione, sed corporea sanatione per miraculum, & si de mentis animæque recuratione egerit, loci hi non possint persuadere solam fidem exegisse Christum, sed fidem. Postremo fidem exegit viuam & operatoriam per dilectionem, vt Paulus Galat. quinto. Nam fidem habentibus mortuam, nec sese per officia pietatis exerentem, dicturum se ait in die extremi iudicij. Nescio vos, Matthæi septimo. Quod vero ex Marci cap. quinto. colligunt. Sola fide iustificari hominẽ, vbi dixisse Christum legimus. Noli timere, tantummodo crede, incasso id faciunt labore. Matth. 9.

Exegit quoque Christus ab eis fidẽ ut fundamentum extruendi ædificij spiritualis in eorum mẽtibus, non quod ea sola satis esset, sed quod ante omnia tenenda essent basis quædam aliorum.

Nam

Nam illud dixit Christus Archisynagogo, cui erat persuasum, Christum nõ potuisse excitare filiam suam à morte, iam vita defunctam, & ideo iussit Christus vt id tantum crederet, quo fieret ab eo illud miraculum. At quid istud ad remissionem peccatorum & hominis iustificationem? At, inquis, de resuscitatione animæ illius puellæ à peccatis potest intelligi, fateor equidem mystice posse, sed arbitraris solam patris fidem, sine fide vlla ipsius impetrasse gratiam illi, ac admissorum veniam? At dispice qui potuit puella, quæ iam ante obijt diem, in Christum credere, & certe statuere sua peccata propter eum remitti. Quód vero Christus fidem solam non exegerit à iustificandis, uel hinc constet liquidius, qđ Marci primo legim' illum dixisse. Pœnitemini, & credite Euangelio, & rursus Marci vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. i. iustus. Nonne vides ab eo his verbis exigi pœnitẽtiam & susceptionem baptismi, non solam fidem? Cur ad hæc conniues, cùm sis oculatissimus

Afflauxit hic Archisynagogus bonis operibus, vt qui satis pius erat & probus tantum firma & solida fide earebat, quam ideo solam ab eo exegit Christus.

Fides, inquit Hieronymus aduersus Luciferianos, in Euangelijs à Christo commẽdata, simplicitas ac

mus ad ea, quæ tibi patrocinari ſubappa rent? Porro autem, quæ ex Lucæ Euangelio decerpuntur ad hoc fidei dogma conſtituendum, nihil habent neruorum ſeu ponderis, quando de fide viua non mortua, & efficaci per charitatem intelligi debent omnia, vt taceam interim, nuſquàm legi, ſola fide ſaluari quenquã. Iam cúm Ioan.3.&.6. vt alias ſubinde tribuitur vita æterna fidei, de fide viua & operatoria per charitatem accipi oportet, quia multi ex principibus crediderunt in Chriſtum, qui vita hac non ſunt potiti, quia illum non ſunt confeſsi, &c, Ioan.12. Exiſtimãt iſti illud Actorum, Fide purificans corda illorum, pro ſua opinione facere, cúm non dicat ſola fide purificare Deũ corda, ſed fide, & excluſerit ibidem Petrus obſeruationem ceremoniarum Moſaicæ legis, quia mox addit Petrus de impoſitione iugi illius importabilis. Accedit his, quòd Prouerb. decimo quinto dicuntur peccata per miſericordiam & fidem purgari, nõ per ſolam fidem. Verúm hæc mittam in præ-

deuoto quadam eſt mentis non illa, qua credũtur myſteria trinitatis.

Luc.7.8.18

Cap.15.

ſentia

sentia, atq; excutiam loca quædam Paulina, quę ab assertoribus solius fidei coactius & violentius intelliguntur, quàm eorum sensus germanus, atque natiuus ferat. Primum occurrit illud Abacuc secundo. Iustus ex fide viuit, quod est istis veluti ancora sacra, cui hærent, cùm sit tamen instar scipionis arundinei, quod ad hanc rem, quam moliuntur, pertinet, vt paulo post perspicuum omnibus fiet. Nam is locus, q; sic ab Hieronymo redditur, Iustus ex fide sua viuet, siue à Symmacho aliquanto significantius, per suam propriam fidem, nec de fide illa prima virtute theologica, qua homo iustus fit ex iniusto, nec de iustificatione ex fide potest accipi. Propheta differit de homine iam iusto, quem admonet, vt bona ac firma spe seruatoris aduentum expectet. Sic enim contextus habet. Si moram fecerit, expecta illum, videlicet Messiam, quia veniens veniet, & non tardabit. Qui autem incredulus est, non erit anima eius recta in semetipsa.

Abacuc. 2 Rom. 1. Iustus ex fide viuit, quę scilicet per dilectionem operatur, donec ad speciem perducatur Augu. de spi. & litera cap. 33.

Iustus

Iustus autem ex fide sua viuet. Atque in eundem sensum vsus est verbo Prophetæ Apostolus Hebræorum decimo. Quid vero est, quod ait? Qui incredulus fuerit, non erit anima eius recta in semetipsa? non ne hoc est? Quisquis, iustus cum iam sit, non crediderit Christum tandem venturum, atque spe certa illius aduentus non perdurauerit in benefaciendo, sed ad flagitia delapsus interim fuerit, illius anima non erit recta in seipsa. Quamobrem? eó quód iustus ex fide propria viuet, id est, certa quadam spe, & confidentia aduentus Christi subnixus, viuet, id est, persistet in recte agendo, atque opera vitæ spiritualis proferet, dans operam haud indiligenter, ne peccet vnquã, vitaq; spiritus decidat, vt vel sic tandem reportet brabium æternæ vitę, quod Deus impartietur illis dumtaxat, qui in benefaciendo persistentes, gloriam, honorem, & incorruptiõem quæsierint, Romano, secundo. At præstat Pauli verba ex epistola ad Hebręos huc adscribere, quę sic habent

habẽt. Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patiẽtia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem. Adhuc enim aliquãtulum, modicumq3, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. Iuſtus autem meus ex fide viuet. Oſtendunt hæc verba luce meridiana clarius, Paulum verbis prophetæ adhortari Hebræos ad confidentiam, ſeu firmam expectationem rerum promiſſarum, quas & eoſdem pollicetur tandem adepturos, modo Dei voluntatem fecerint, & aduerſa æquis tulerint animis. Quoniam Chriſtus aduenturus indubie remunerator eſt. Cõmonet ita q3 illos, vt conſtanter ſperent Chriſtum venturum tandem ad reponendum cui q3 iuxta ſua ipſius facta, vt boni ac probi eſſe pergant, viuantq3 pie vel ſpe tantæ mercedis, quæ illos manet in cœlis repoſita. Cernis iam Chriſtiane lector, hunc locum de ſpe potius, quàm de fide debere intelligi, ac aduerſari illum magis quàm ſuffragari ſolius fidei aſſertioni, vt

hi, vt qui vitam adscribit spei & morum candori. Cæterum quandoquidem Paulus ad Galatas. 3. vtitur hoc proloquio prophetico ad confutandum Iudæorum errorem, quibus erat persuasum hominem ex lege iustificari, atque ad docendum non ex lege, sed ex fide id effici, nõ eqdẽ inficior, posse húc Prophetę locũ de iustificatione per fidẽ accipi, norrqđ velit Apostolus hinc sola fide iustificari hominem, vt Lutherani contendunt illum voluisse, sed vt doceat Iudæos crasso distineri errore, qui crediderunt per solam legem reddi hominem iustum sine fide in Christum, & Mosaicæ legis ritus, ac cæremonias debere necessario obseruari à gẽtilibus. Nam, vt probet neminẽ iustificari ex lege, ait iustum ex fide victurum, & legem non esse ex fide, hoc est, illã iuxta Iudæorum persuasionẽ non satis esse vt homo iustificetur sine fide in Christum. Hoc autem sensisse Apostolum, vel ipsa epistolæ constitutio, & scopus docet, qui est reducere gentiles à lege ad Christi fidem, quos cernebat ab

euangelio transferri in legis Mosaicę ob seruationem. Gala. 1. Quoties de fide, & ea iustificetur, ac victurus sit homo, fit in scriptura sacra aliqua mētio, vehemēter gestimus prę gaudio, perinde ac si hinc liceret illico persuadere sola fide hominē iustificari, ac vitam assequiturum cœlestem, interim conuiuentes, ac oculos subinde claudentes ad ea loca, quæ nihilo minus dilucide doceant iustum, tandem præmio gloriæ potiturum, auxilio, atque subsidio, multorum aliorum Dei donorum. Quod vt omnibus liqueat manifeste, pauca quędam loca è scripturę diuisimo penu huc adscribere me non pigebit, vt istorum præstigiæ ac technæ deprehendantur facilius, ac deprehensæ proditæque, nemini imponant, nisi illis dumtaxat, qui velint seduci. Psaltes ille regius, vt hinc auspicer, aperte docet hominem non ex sola victurum fide, inquiens. Quis est homo, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? prohibe linguam tuam à malo, & labia ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac

Aepinus in Psal 19 Iustus ex fide viuet id est, iustus fide saluatur, non bonis actionibus etiam Dei lege præceptis exactissimis est hic error, nedum crassus.

Psal. 33.

& fac bonum, inquire pacem, & perſequere eam. Accedit Raphael Angelus, immo ſpiritus ſanctus potius per eum, ſic inquiens vtrique Tobiæ patri & filio. Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna, magis quàm theſaurum auri recondere, quoniam eleemoſyna à morte liberat, & facit inuenire vitam æternam. Ad hanc formam pertinet illud Salomonis, Cuſtodi legem, atque conſilium, & erit vita animæ tuæ. Rurſus hoc. Opus iuſti ad vitam cap. decim. Item cap. duodecim. In ſemita iuſtitiæ vita. Capit. decimo nono. Timor Domini ad vitam. Denique capit. vigeſimo primo, Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiã, & gloriam. Sapien. 5. Iuſti, hoc eſt, qui faciunt iuſtitiam, primo Ioannis tertio, in perpetuum viuẽt, & apud Dominum eſt merces eorum, Hiere. 27., Seruite ei, & viuetis, Eccleſi. 12. Qui eluci dant me vitã æternam habebunt, Ezech. 19. Qui egerit pœnitẽtiã, &c. vita viuet. Ezechi. 33. Reuertatur impius à via ſua, & viuet, *Prouerbi.*

Matth.19.Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.Lu.10.Hoc fac.i.ſerua mandata,& viues.Ioan.5. Qui bona fecerunt, reſurgent in reſurrectionem vitæ.Ioan. 12.Mandatum eius vita æterna. Rom.2. Gloria,honor,& pax omni operãti bonum.Ro.8.Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis.1.Timo.6.Multa præcipit diuitibus facere,vt aſſequantur vitã æternam.2.Tim.2.Si commortui ſumus, & conuiuemus.1.Timo.4.Pietas promiſſionem habet vitæ,quæ nunc eſt, & futuræ.Heb.12.Obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus. Apocali.2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ,quod eſt in paradiſo Dei mei. Ad hos ſcripturę locos atq3 hoc genus alios quàm plurimos,qui conuincunt iuſtum victurum eſſe ex operibus ſuis,non ex ſola fide,Lutherani cõniuebant, aut certe, quod veriſimilius, eos clare videntes diſsimulanter miſſos fecerunt,nec de illis in ſuis lucubrationibus meminerunt,quo facilius darent verba ſimplicibus, ac indoctis, pertracturi illos in ſuarum hæreſeũn naſſam, vnde

ſeſe

sese, non nisi ægerrime postea liceret eis exoluere atq; extricare. Quamobrem consultissimum fuerit, candide lector, ab horum codicum lectione penitus abstinere, ne pro salubri pharmaco, ac dulci melle propinetur tibi venenum, cúm primis præsentaneum, ac gladio melle lito præfocetur tibi iugulum, sicq; tam extrema (quod aiunt vulgo) faba æternum dispereas. Verum mittantur hæc, & ad reliqua sese recipiat oratio, ne cui eius prolixitas gignat nauseã, præsertim cúm his abunde ostensum sit Aepinum, Bucerum, Melanct. ac cæteros illius improbæ notæ homines, crasso distineri errore, qui asserunt sola fide beari hominem & iustificari. Verum sint hæc dicta in huius loci explicationem, & Lutherani argumenti ex illo contexti refutationem. Admonitus tamen sis, lector cãdide, iustum viuere ex fide viua, & charitate, quæ mater est omnium virtutum, adornata, stupidosque esse, qui sic colligunt. Iustus ex fide viuit, ergo ex sola fide, perinde, ac si idem polleret ex fide, & ex sola fide. Isti,

dum hoc pacto ratiocinantur, imm̃o cõtra rationem omnem insaniunt potius, Iustus ex fide viuit, ergo sola fide iustificatur homo, sese deridẽdos õnibus mediocriter doctis ꝓpinant, haud secus, quã, si quis in hunc modum colligat. Homo potu viuit, ergo solo hoc, aut pane exigit vitã, ergo solo pane, vt nec cibus nec aliud quicquã ad hoc quicq̃ conferat. Apage itaq; has nugas & ad populum phaleras. Perdocte quidẽ Antiochus ille græcus ait in hunc locum Prophetæ. Iustus autẽ, qui veraci nititur fide, habet fidem mire efficacẽ. Fidẽ inq̃ quotidiana accessione coalescentẽ, fidẽ nulla ex parte hęsitantẽ, fidẽ ad opera laude digna illustrantẽ, vt per ea glorificetur vniuersorum Deus. Hæc ille. At Paulum rursus nobis obijciunt dicentẽ. Ex operibus legis nõ iustificabitur corã illo õnis caro. Arbitramur hc minẽ iustificari per fidẽ sine operibus legis. Hos & id genus alios Pauli locos admirãda quadã imperitia, ne quid dicã grauius detorquẽt isti fidẽ soli' assertores, ad statuẽdũ hominẽ solã fide

Antiochus homilia. 1.

Ro. 3.

fide, sine spei, timoris, orationis, ieiunij, eleemosynarū, sacramentorū, & charitatis auxilio effici iustum. Nā Paulus cōseruit manus, ac cōgressum instituit aduersus illos, qui conabantur obtrudere orbi Christianorum rituum Mosaicorum iam tum abolitorum obseruationem, tā quā necessariā ad salutē & iustificationē quemadmodum Ro. 2. 4. & 14. liquet, vbi differit de circumcisione, delectu ciborum, & celebratione feriarum. Congressus est quoq3 Apostolus cum his, q̄ legē solā absq3 fide Christi putabāt sufficere ad hoīs iustificatiōem quēadmodum Ro. 9. his verbis ꝓditur. Israel sectādo legē iustitiæ, videlicet legalis humanæ & externę, in legē iustitiæ, hoc est, internā iustitiā corā Deo efficacē & gratā, & ad missorum īdulgētiā nō ꝓuenit. Quare inquit Paul⁹? Quia nō est ex fide sed quasi ex operibus quærebat iustificationē & salutem. Eodē pertinet quod cap. 10. in ipso statī frōtispicio legitur, nēpe istud. Testimonium perhibeo illis, q̄ æmulationē seu zelum dei habēt, sed nō scdm scientiā.

Igno

Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei nō sunt subiecti. Finis legis Christus ad iustitiā omni credenti. Nonne vides Paulum ideo adimere operib' legis iustitiam, aut iustificationem, quòd Iudæi illam petierint, atque assequi conati fuerint ex his solis, spreta, ac repudiata fide in Christum, ac Dei iustitia, id est, illa, quam is credenti in Christum impartitur? Huc coniecit oculos suos Apostolus, hocque intuitus est, quoties aduersus legis opera concionatur, manibus pedibusq; (vt habet vetus adagio) nitens persuadere, fidem in Christum adeo esse omnib' ne cessariam, vt sine hac nulla legis opera iustitiam ac salutem cuiquā queant adferre. At num hinc colliges soli fidei tributam esse ab eo iustificandi vim, aut illa sola iustum reddi hominem? Postremo Apostolus Romanis scribens, molie batur omni, quo potuit, conatu in animum illis inducere, gratis conferri abs Deo iustitiam, ac admissa ignosci, & nō (vt illis visum erat) propter operum anteceden

Augustinus ad Simplicianum quæst. 2.

tecedentium dignitatẽ ac merita. Quod illum nixũ esse persuadere vel ex his verbis, cap. 11. ad Romanos constat aperte. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, hoc est, ex meritis operum, alioquin gratia non est gratia, si videlicet (vt ait Augustᵒ.) non datur gratis, sed meritis redditur, tanquam merces debita, vt Rom. 4. asserit idem Paulus. Postremo Paulus agit aduersus opera solius legis adiutorio facta, qualia opera non valẽt ad iustificationem. Et vt multa in pauca conferam, quoties operibus videris ademptam iustitiam, & tributã fidei, vnum é tribus mox collige sensisse Paulum, nempe aut exclusam esse cęremoniarum obseruationem, aut reiectam Iudęorum impiam opinionem, qua sine fide in Christum volebant seruari, aut deniq; repudiata merita operum anteuertentium iustificatiõem, & opera sine adiutorio per liberum arbitrium & legis notitiam facta, quibus sublati erant Iudæorum

Hinc est quod ait Roma. 4. Gratis iustificati, &c. epistola 105. ad Sixtum

dæorum animi, ac quorum nomine se-
se illi gentilibus censebãt anteferen-
dos esse, veluti promeritos suorum mo
rum probitate admitti ad consortium
Euangelij & gratiæ, vel saltẽ suis ope-
ribus, id est, suis tantum viribus præ-
stitis Deo placere. Verum quid hæc
pro sola fide asserenda, & nobis ob-
trudenda? Quam speciem rectæ col-
lationis habet hoc argumentum? Ho-
mo iustificatur sine ritibus Mosaicæ le-
gis iam antiquatæ, & absque operum
omnium præcedentium meritis per fi-
dem in Christum, & absque operibus
quæ solius liberi arbitrij sunt, ergo so-
la fide absque spe, timore, pœniten-
tia, sacramentorum susceptione, ac cha
ritate in Deum, atque proximum?
Rom 3.4. Gala 1.3. Quis æquis auribus feret sic argutantem
inepte? Paulus vult hominem non pos-
se iustificari per solam legem, aut illius
opera sine fide in Christum, & vis tu
hinc colligere illum sensisse hominem
sola fide iustificari? Vide ne sic ineptias,
Rom 3. ac tam luculenter tuam prodas insciti&.

Iu-

Iustitia Dei (inquit Paulus) manifestata est sine lege per fidem Iesu Christi, quia sine Mosaicarum cęremoniarum interuentu & adminiculo, ac moralium operum meritis vel operibus tãtum nostris. Quis illud it inficias? Quid illud habet momenti ad solius fidei assertionem? Cęterum in hos locos affatim commentati sumus, iã ad reliqua progrediamur. Roma. 3. Iustificati gratis (inquit Paulus) per gratiam ipsius &c. Hic sane locus assertoribus soliũs fidei sacra ancora est, hoc est maxima, ac validissima, quam nulla vi queas abrumpere. Vnde hunc nectunt, si dijs placet, syllogismum, vt illis visum est, insolubilem. Gratis iustificamur, & sine operibus legis, ergo sola fide, quia idem pollent hæc, gratis, sine operibus, per gratiã Dei & sola fide hominem iustificari. An non ridiculi, immo deflendi potius sunt, qui sic ratiocinantur ex Apostoli verbis? Qui ex Paganismo, seu Iudaismo descisc unt ad euangeliũ Christi, nõ afferunt secũ vlla operũ merita ob quæ ven-

Sic enim appellant argumentum insolubile.

Mentiũtur Lutherani orthodoxos uelle ut mereamur remissionẽ peccatorũ per actum dilectionis elicitum, seu per legem & opera nostra.

vendicent sibi gratiam, & remissionem peccatorum, sed sine his per fidē in Christum iustificantur. Quis eius rei est nescius? Verum age dispiciamus num gratis id sit, quod sola fides. Aiebat Laban ad Iacob. Nunquid quia frater meus es, gratis seruies mihi? Dic quid mercedis accipias. Annon hoc loco gratis opponi videm' mercedi? Quis adeo desipit, vt gratis dicat hic id esse, quod solam fidem? Rursus Israelitæ inquiunt. Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. Qui hoc quoq; loco gratis positum esse pro eo, quod est, sola fide, dixerit, arbitror inueniri posse neminem, nisi cui omnis cognitio, nedum Philosophiæ cœlestis, prorsus defuerit. Adde his quæ in Psalmis leguntur. Qui oderunt me gratis persecuti sunt me, gratis, hoc est, præter meum meritum, nō sola fide. & illud Esaiæ. 52. Gratis venundati estis. Num exponendum est istud pronuntiatum, vt idē sit gratis venundari, quod sola fide. Quàm absurda & ridicula est hæc enarratio? Gratis (inquit Christus) accepistis

De Gratiæ dissertio.

Gene. 29.

Num. 11.

Psal. 68.

pistis, gratis date. Dixerit ne quispiã vocabulum, gratis, idem designare hoc loco, quod solam fidem, & non potus precium excludi? Rursus Christus ait, odio habuerunt me gratis, hoc est, immerito aut præter meum meritum. Deniq3 Paulus ait. Quoniam gratis Euãgelium Dei euangelizaui vobis. Quid hic gratis pollet? Num solam fidem, & non potius precium, aut mercedem repudiari, sine qua Paulus apud Corinthum Dei conciona batur Euangelium? Nuspiam, quod equidem sciam, in sacris Biblijs idem designat vox gratis, quod sola fides. Quamobrem commẽtum est lõge vanissimum, & somnium inanissimum, quod isti asserunt, gratis id esse, quod solam fidem. Gratis ergo fateor hominem iustificari, hoc est, absque operum meritis, & tamẽ non sola fide, sed spe, timore, oratione, pœnitentia, charitate, ac reliquis quibus dã Dei donis gratuito collatis. Nam si ideo velis hæc dona Dei à iustificationis caussa reijcere, ne non gratis illa fiat, sed meritis operum, quàmquàm hæc nostra sint

Ioan. 15.

2. Cori. 11

Esaiæ. 26. Ioan. 15. 1. Cori. 4. 2. Corin. 3 Philip. 2.

sint opera & idcirco imperfecta, eadem opera repudiato fidem, ne illa mereri videatur remissionem commissorum, quæ opus quoq; nostrum est, perinde atq; reliqua, nec illis minus impfectú quoq;, vt nihil queant hoc nomine causari, aut tergiuersari aduersæ partis defensores, quin his iustificetur homo, & non sola fide. Cæterũ pergamus ad reliqua, & excutiamus illud eorum argumentum ex Pauli his verbis, hoc contextum modo. Corde creditur ad iustitiã. Non ait (inquiunt isti) pœnitet hominẽ ad iustitiã, timet homo ad iustitiã, sperat ad iustitiã, orat ad iustitiã, eleemosynas impartitur ad iustitiam, agnoscit sua vitia, aut diligit ad iustitiã, sed corde creditur ad iustitiã, ergo sola fide iustificatur homo, dũ hoc pacto colligũt isti, suã manifeste produnt imperitiã. Nã quis adeo desipit, vt dicat idẽ esse, corde credi ad iustitiã, & sola fide iustificari hominẽ? Lepida ista capita alias clamãt plus quã Stentoria voce, nihil apponendum sacris literis, & tamen hos nõ pudet, vt qui omnem exuerunt pudorẽ, & Roma 10.

& frontem perfricuerunt, hanc dictionē exclusiuam (sola) illis scripturis locis ad ijcere, quę mentionem faciunt de fide iu stificante, idq3 aduersus manifestarium D. Iacobi testimonium, qui asserit homi nem iustificari ex operibus, & non ex fide tantum. Cui tam parum est salis, aut tam parua est suæ salutis cura, vt hoc genus scriptoribus fidem habeat, qui adeo dilucide, & impudenter detorquent codicum sacrorum sentētias? At inquis, ait Paulus, Corde credi ad iustitiam, nō hominem timere, sperare hominem, orare resipiscere, aut diligere ad iustitiam. Recipio libenter. Sed qua dialectica, seu disserendi arte hinc colliges, his non esse opus ad iustitiam? Num ex eo, quód Paulus non dicit, hæc fieri aut exigi ad iustificationē, ideo inferes, istæc nihil conferre ad eam? Paulus hoc loco non hominē per gratiā Dei iustū euadere, nec per redēptionē Iesu Christi nec deniq3 p baptisma, q̄ tamē is alibi tradit esse ad rē hāc necessaria. Nūquid igitur probe colliges hæc non conducere ad iustificationem? Iacobi, 2.

Non

Non est admodum, vt iam equidem clare video, admirandum, quod vos Lutheranis dogmatibus addicti, scolasticos insectamini, ac conuitijs proscinditis, & ipsam dialecticam vehementer optatis extinctam. Nam si hæc ars ac facultas disserendi semel fuerit profligata, atq; in exilium acta, hæretici facile suos errores orbi Christiano obtrudent, ac persuadebunt quidlibet, dum Christiani non calleant artē, qua discernitur verum à falso, atque impostorum technæ deprehendi solent. Eo namque fiet, vt temere, nulloque iudicio de themate disseratur, vt recte dixeris, hic mulget hircum, ille supponit cribrum, quando alter inepte proponeret, & alter respōderet nihil ad rem attinentia. Sed ad Pauli locum redeo, ac dico hominem fide iustificari, vt ex qua exordium sumit nostra iustificatio, quod sibi vult Paulus. 1. Cor. 3. Heb. 3. 6. & 11. appellans fidem fundamentum, initium, & hypostasim aut substātiam. Cæterum sola fide illud peragi, vt catholici constanter inficiātur vniuersi, sic Lutherani probabunt

Lutherani scholasticos proscindunt conuitijs ac dialecticam cupiunt extinctam, ne fraudes ac præstigiæ eorum deprehendātur ac de deprehensa refutentur.

Initium iustificandi à Deo fides est, qua credit homo in iustificantē, Origenes lib. 4. in epist. ad Romanos.

babunt ad calēdas (quod dici ſolet) græcas, tametſi omnem adhibuerint conatum, quo illud dent effectū. Nequeo ſatis demirari, quód iſti conniuent ad illud, quod appingitur eueſtigio, nimirum, O re fit confeſsio ad ſalutem. Nam hæc verba admonent, Paulum non fidem ſolā exigere ad ſalutem, ſed oris quoque confeſsionem, quæ eſt, vt appellatus de fide ac Chriſtiana religione non reformides ipſam profiteri atque publicitus teſtari, eam excolendo moribus, eiuſmodi profeſsione haud indignis. Cæterum recipio me ad Paulum, ex quo hæc deſumunt verba ad perſuadendum ſolā fidem ſufficere ad ſalutem. Sciētes quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis, propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Hæc Apoſtolus. Vnde Lutherani colligunt, ſola fide hominem iuſtificari, ſed nō minus imperite quam impie. Nam ipſe hoc loco adimit iuſtifi-

Credidit Abraham Deo. &c. Origenes lib. 4. in epiſtolā ad Romanos Quomodo enim non ad iuſtitiā reputaretur ei qui non ſolum in fide, ſed in ōnibus uirtutibus perfectionem tenebat. Galat. 2.

ſtificationem operib' legis Moſaicæ, qđ genus erant, circumciſio, de qua cap. 5. epiſtolæ illius diſſerit, feriæ quarum meminit cap. 4. delect' ciborum & ſimilia, & illam docet acceptam eſſe ferendam fidei in Chriſtum. Quód hic ſit Apoſtolini huius loci ſenſus germanus, vel ſcopus epiſtolæ docet, q̃ eſt reuocare gẽtes à Moſe ad Chriſtum, aut à lege ad euangelium, vt perſuaſum haberent, non eſſe opus ritibus Moſaicæ legis tum antiquatæ, ad hominis iuſtificationem. Iuuat etiam hunc ſenſum, vel ipſius Pauli ſtudium, & quód ex reprẽhenſione Petri ſubducentis ſeſe à gentilium conuictu, & illo impellentis eas iudaizare, ad hæc promenda deuenerit Apoſtolus. Nam eo oſtendebat gentes nõ eſſe cogendas ad Iudaiſmum. Accedit his, quòd græca ſcholia, vt doctiſsimus ille Gagnæus Pariſinus Theologus autor eſt, opera legis hoc loco illa intelligãt, q̃ propria ſunt opera legis, cuiuſmodi ſunt ſabbatũ, circunciſio, lepræ, ſacrificia, & ſimilia. Hoc ſenſiſſe Apoſtolũ vel hæc illius verba eiuſdem

iuſdē capitis oſtendunt, nēpe, Si quæ deſtruxi iterū hæc ædifico: prēuaricatorē me cōſtituo, hoc eſt, ſi legē, & circunciſionē, quas abrogaui, iterum inſtauro, prēuaricator ſum, inculcans illa eſſe neceſſaria ad ſalutē, quæ ſuſtuli iam olim. Facit pro hac ſentētia & illud, quod illico ſequitur. Ego per legē, videlicet euāgelicā, legi ſcilicet Moſaicæ mortu' ſum, ita vt nullas deinceps eius cæremonias ſeruare aut debeā, aut poſsim. Haud ſecus interpretatur eundē locū D. Hieronym' intelligēs per legē, cui Paul' aſſerit ſe eſſe mortuū obſeruatiōem ſabbatorū, neomeniarum, dierum feſtorum & id genus alia. Porro D. Hyeronymus enarrās eadē Pauli verba, inquit. Admonere debent eos, qui colligunt ex his verbis Apoſtoli patriarchas, prophetas, & alios ſanctos, qui ante aduentum Chriſti erant fuiſſe imperfectos, eos hic dici iuſtitiam non conſequutos, qui tantum ex operibus iuſtificari ſe poſſe credunt. Sāctos autem, qui antiquitus fuerāt, ex fide Chriſti iuſtificatos. Vnde non tam legis *Ambroſi.*

opera damnantur, quàm hi, qui se tãtum ex operibus posse iustificari confidunt, & ideo dicendum operatores legis non iustificari, quòd absque fide Christi fiãt. Hactenus D. Hieronymus, indicans Paulum voluisse hominem nec ex operibus legis, hoc est cæremonijs Mosaicis, nec alijs vllis sine fide in Christum posse iustificari, quorum vtrumq3 tamen Iudæi & ab his seducti Gẽtiles habebant persuasum. Quid facit itaq3 hoc Pauli testimonium ad solius fidei propugnationem? Siccine colliget cordatus & doctus quis quàm. Ex operib' Mosaicæ legis iam abolitæ, vel ex alijs quibusuis operibus sine fide, nemo potest iustificari, ergo homo iustificatur sola fide? Mira est eorum tum insciti a, tum impudentia, qui hoc pacto argutantur. Chrysost. subscribit nostro sensui priori dicens. Si lex non cõfert iustitiam, ociosa est circumcisio. Placet & D. Ambrosio, vt fere ex veteribus scriptoribus nemini non, eadem sententia. At vocabulum istud, Nisi, inquiens mihi, ostendit Paulum voluisse

sola

sola fide iustificari hominẽ, quippe quòd idem pollet, quod solum dictio exclusiua, quemadmodum græce ἐὰν μὴ, quæ Erasmus Roterodamus traduxit sed tantum, vt sit sensus Paulinorum verborum, non iustificari hominem ex operibus legis, sed tantum per fidem Iesu Christi. Quód autem Erasmus sic transtulerit ἐὰν μὴ, quæ duo vocabula sonant potius si nõ, vel nisi, vt recte vetus interpres reddidit, vehementer admirarer, si non probe nossem Erasmi ingenium ad omnia fere noua dogmata defendenda propensum, atq; doctrinam solius fidei illi admodum gratam, & plausibilem, vt illius paraphrasis in nouum instrumẽtum edita subinde ostendit, licet idem in declarationibus ad censuras theologorum Parisiẽsium testetur, sep voculá sola, nõ charitatem, spem, alia ve id genus diuina opera, & dona excluisse, sed fidem & baptismum anteeuntia, & Iudaicas cæremonias, quę ab his exigi nõ debẽt, qui ad gratiam euangelicam reciperentur, & Christo per baptismũ initiarẽtur.

Vertens commentarios D. Chrysost. in epistolam hanc

Verum, quòd vocula, niſi, apud Paulum idem ſignificet quod dictio, ſolum, quo modo quidam magnus ardelio, idēq; imperitiſsimus rabulæ ſuggeſtu quodam Stentorea detonās voce probare fuerit conatus, operæprecium eſt videre. Citauit enim illud Ioſeph. Non videbitis faciem meā, niſi fratrē veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. Hic, inquiebat iſte, liquet id eſſe niſi, quod ſolum. Quis hic riſu abſtineat, & non potius in cachinnos effundatur totus? Immo vt Chriſtianius ac pientius loquar, quis germane Chriſtianus non vehementer deploret iſtius hominis imperitiā atque cœcutientiam raram quidem illam? Expunge, ſi libet, dictionem niſi ab hoc proloquio Ioſeph, & inſere in illius locum voculam hanc ſolum aut tantum, ſicque pronuncia, vt cernas quàm non cohęreat. Non videbitis faciem meam, ſolum vel tantum fratrem &c.

Gene 43.

Nec minus deridendum ſe propinat, illo adducens illud Chriſti ex euangelio Ioannis. Niſi manducaueritis carnem

Ioan. 6.

nem filij hominis, & biberitis eius sangui
nem, non habebitis vitam in vobis. Non
enim sensit Christus solam manducatio
nem suæ sacratissimæ carnis in Euchari
stia, & sanguinis eius bibitionem, suffice
re, vt quis vitam gratiæ, & gloriæ indi-
piscatur, vt nemo nesciat. Id quod sensis
se illum oportuisset, si vocabulum, nisi,
illud sonaret ibi quod solum vel tãtum,
quocirca vanum est commentum istud,
& tali rabbino dignum. Cæterum plus
satis de his nugamentis. Pergam itaque
ad reliqua. Obijciunt quoq; illud nobis, Galat. 2.
qui pugnant pro solius fidei assertione.
Si per legem iustitia, ergo gratis Chri-
stus mortuus est. Vide, inquiunt, Pau-
lus it inficias, per legem esse iustitiam,
ne cogeretur adstruere Christum frus-
tra mortem opetijsse, patrique pla-
cando frustra litasse in cruce, ergo so
la fide acquiritur iustitia, ac peragitur
hominis iustificatio. Nonne vides can-
dide lector, quàm se imperitos pro-
dunt isti? Quam enim collectionis
speciem habet hoc argumentum?

per

Hierony Abijcit gratiam Dei, tam ille qui post Euangelium ui uit in lege quàm is, qui peccatis post baptismũ sordidatur.

Per legem non est iustitia, alioqui Christus frustra obijsset mortem, ergo sola fide iustificatur homo? Sensit enim Apostolus Christum frustra mortem subijsse pro nostrorum admissorum remissione, nostraque iustificatione, si sola lex absque gratia Dei, & fide in Christum, potuisset adferre iustitiam coram Deo valentem, illiq; gratam, quod tamen habebant Iudæi persuasissimum, vt supra ex Ro.9.&10. ostendimus abunde. Quód hic sit Pauli sensus, verba eius, quæ proxime anteeunt dilucide indicant, nempe οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, hoc est, nó repello, irrito, aspernor, vel frustro gratiam Dei, quemadmodum vos, qui sine illius auxilio aspirare vos existimatis ad veram iustitiã, remissionem scelerum, & vitam illam nunquàm intermoriturã, aut certe qui vultis ex rituũ ac cæremoniarum Mosi iam deletarum obseruatione iustificari, quod est à gratia excidere & à Christo solui, vt Galatarum. Ca.5 dicitur, & illam veluti reijcere, aspernari, frustrari, irritare. Audi Hyeronymum

mum in hunc locum, Si per legem iustitia &c. Hoc valde necessarium est aduersus eos, qui post fidē Christi putant legis præcepta seruanda. Hæc ille à meis stans partibus. Quid hæc habent momēti, quæso te lector, pro solius fidei propugnatione seu defensione? Pudere itaque hos debet, has nugas nobis obtrudere conari, ac nostris oculis tantam tāque densam caliginem offundere velle, non in suæ tantum, sed multarum aliarum animarum extremum exitium. Cur non efferunt illam fidem, quæ per dilectionem operatur, quam solam valere Paulus affirmat? Quamobrem huic, tanquā sacræ ancoræ, non hærent? Verum iam excutiamus alium Pauli locum, quē isti ad suum dogma adstruēdum, veluti per capillos renitentem trahunt. Iste sic habet. Gratia estis saluati per fidē, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Hic arbitrantur solam fidem tuentes, per fidē gratia hominem saluari, seu iustificari idem esse, quod sola fide illud cōfici, cau

Galat. 5.

Ephe. 2.

san-

santes vocabulum gratiæ excluſiuum eſſe ſpei, timoris, orationis, eleemoſynarum, ieiunij, reſipiſcentiæ, charitatis, & ſimilium Dei donorum, cùm tantum excludat obſeruationem cæremoniarum Moſaicæ legis, ſine qua Gentiles iuſtificari atq; ſeruari nõ potuiſſe Iudęi dicebãt, vt Actorum. 15. ꝓditur, & operum antecedentium merita propter quæ, ſi dari diceretur gratia iuſtificans, illa nõ eſſet gratia, ſed debita merces, Rom. 11. & opera ſine fide facta. Quid vero ſenſit Apoſtolus hoc ſuo pronuntiato, non eſt opus aliunde petere, quàm ab illo ipſo, vt qui ſe explicat dicens. Ne quis glorietur, perinde ac ſi dixiſſet, ideo ſaluari vos gratia Dei per fidem aſſero, hancque fidem non eſſe ex vobis, id eſt, ex viribus veſtris veſtraque voluntate, ſed donum eſſe Dei nõn ex operibus, hoc eſt, operum antecedentium iuſtificationem meritis, vel operibus veſtra voluntatem tantum factis, ne quis glorietur ſe per ſua merita promeritum gratiam Dei, & remiſsionẽ admiſſorum. Hinc eſt quòd dixerit

Chryſoſt. Hoc ait vt gratos erga Dei gratiam faciat probibuit ipſe ne ex operibus in

erit.1.Corin.4.Quid habes,quod nõ accepisti,si acceperis, quid gloriaris, quasi non acceperis? Roma.quoque.3.asserit, per fidem exclusam esse Iudæorum arrogantem gloriationem. Postremo iustificatur homo (vt supra commemoraueram) gratia Dei per fidem, spem, timorem,orationem,eleemosynas,ieiunium,confessionem scelerum, sacramenta,& charitatem,& tamen gratis,& per gratiam,quippe quòd hæc omnia dona sunt Dei,perinde gratuita,atq; fides,& ipsa Dei gratia. Quamobrẽ dicere per hęc Deum gratis & per suã misericordiã hominẽ iustificare, nihil obscurat Christi benificium,nec quicquam aduersatur vlli sacræ scripturæ testimonio,vt vt diuersum arbitrẽtur,qui solam fidem propugnãt. Taceo quód Apostolus nõ ait, per solam fidem saluati estis, sed per fidem, cui de suo isti assuunt dictionem exclusiuam (sola) relaturi vel illo nomine Dei maledictionẽ,& plagas experturi, quas Deus interminatur eiusmodi verborum suorum corruptoribus.

stificemur Nequaquam. Sed nemo, inquit, ex operibus iustificatus est, ut hoc pacto & gratia & benignitas Dei conspicua fieret.

Iam

Iam illud Pauli breuiter excutiamus.

Tit. 3. Cúm autem apparuerit benignitas, & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit &c. Locus hic nihil penitus ſuffragatur, aſſerẽtibus fide ſola peragi hominis iuſtificationem. Nam vt non ſit vlla hic mentio de fide, tantum abeſt, vt ſolam erigat fidem, ita cúm negat nos ex operib' iuſtitiæ, quæ nos operati ſumus, ſed per Dei miſericordiam ſaluos fieri, non excluſit potius ſpem, timorem, pœnitentiam & charitatem à cauſa ſalutis, quàm ipſam fidem, vt quæ perinde eſt opus noſtrum, atq; non minus imperfectum, quàm illa, ſed docuit nos ſeruari, hoc eſt iuſtificari gratis atq; abſq; omnium noſtrorum operum meritis, cúm baptizaremur, & ſpiritum ſanctum acciperemus. Excute enim Pauli opera, q̃ fidem eius & iuſtificationem anteceſſerint, cúm is adhuc Chriſtianos perſequeretur. Rurſus excute omnium Gentiliũ & Iudæorũ mores ac opera, quæ illi geſ-

gesserint anteq̃ Christo initiarẽtur per baptismum, ac facile cernes hos ex suis operibus suaue iustitia non fuisse iustificatos, vt quæ mortem potius, quàm vitam commerebantur, sed per Dei misericordiam, gratis euasisse iustos, cũ baptismo fuerint admoti. Quis non videt hunc esse Paulini huius loci sensum natiuum atque genuinum? Verum de hoc satis superque, & ideo cœptum carpamus iter, vt quæ deinceps ab aduersarijs sunt obiecta, repellamus, ne vlla, quatenus licet, relinquantur illis arma, quibus veritas, quæ vinci nescit, ab eis oppugnetur, aliqua saltem magna illius iactura. Bucerus abutitur admodum impie illo Christi ad mulierem peccatricem. Fides tua te saluam fecit, vade in pace, quo persua deat nobis remissionẽ peccatorum, iustificationem, adoptionem in filios, innouationem nostri, deniq̃ bonorum operum approbationem & præmia hominẽ accipere indubitato per fidem, non per dilectionem, aut quia hoc credimus, nõ quia diligimus. Satis habuit adstruxisse i- Luce 7.

stud

ſtud tantum, perinde ac ſi nobis debeat ſufficere, quod ille dixerat ſolum, vt olim Pythagoræ diſcipuli, ſi forte rerum, quas dicerent demonſtrationem poſcerentur, αὐτὸς ἔφα, hoc eſt, ipſe inquit, reſpondere ſoliti fuerint, omni demonſtratione cẽſentes validiorem Pythagoricam vocẽ. Cęterum locus ille diui Lucæ, Buceri ſentẽtiæ renititur potius, qúá pro ea faciat quicquàm. Nam poſtquàm mulier multa exhibuerit præclara & eximia amoris erga Chriſtum ſpecimina & ſymbola, nimirum cõfracta pixide eſ fuderit vnguentum, &c. audiebat. Dimittuntur illi peccata multa, quia dilexit multum, & non quoniam tantum credidit, licet fide contigerit quoq; admiſſorum venia, & ideo Chriſt' illi aiebat. Fides tua te ſaluam fecit. Nec inquit Chriſtus fides tua ſolum, vel tãtum quià credis, & nõ quia diligis, remittuntur tibi peccata ſeu ſalua facta es, vtut Bucero videatur id voluiſſe. Nam ſi illud dixiſſet, pugnantia plane dixiſſet, vt qui poſtquàm remiſsionem peccatorum di-

Theodoritus lib. 1. de fide.

lectioni

lectioni tribuisset inquiens, Remittuntur illi peccata quoniã dilexit multum, postea id inficiatus esset. Porro nec illud Christi apud Marcum, Bucerum quicquàm iuuat ad impium suum dogma de sola fide statuendum, Omnia quæcunque orantes petieritis, credite quód accepturi ea sitis, & erunt vobis. Nam hic locus docet, fidem seu potius spem & fiduciam exorandi seu impetrandi, quód comprecantes Deum ambimus, esse oraturis cúm primis necessariam, quia postulandum est sine hæsitatione (vt ait Iacobus) alioqui repulsam passuris, sed hinc, quomodo probes fide sola & per se, non timore, non pœnitentia, non deniq3 charitate accipi scelerum indulgentiam? Quamobrem licet Bucerus putet se niti ancoræ non vulgari, eximioque præsidio, falsus tamen est, ac spe frustrat' sua, nec mirum quia adagium habet, suum cuique crepitum bene olere. Cęterum qđ ad prędsentẽ Marci locum pertinet, si quis diligentius paulo illum excutere non grauabitur,

Cap 11.

Iacobi. 1.

compe-

Quisquis admissorũ condonationem à Deo petit, prius credere oportet quàm oret. Ro. 10. quomodo inuocabunt in quem non credidérunt, ergo fidem habet ante quam iustificetur & ita sola fide nõ fit iustificatio, sed impetratur gratia qua resipiscat homo & euadat iustus.

comperiet eum Buceri opinionem infirmare, immo refutare & explodere, adeo sane, vt ille suis reuincatur dictis, ac suo iuxta prouerbium, telo inguletur. Nam cúm remissionem peccatorum ac iustificationẽ sola fide asserat cõtingere, locus hic ostẽdit hæc auxilio orationis, nõ solius fidei interuẽtu impartiri Deũ, quẽ admodum Christus ostendit dicẽs. Sic orabitis. Dimitte nobis &c. Rursus. Petite & accipietis &c. Suo itaq; ipsius laqueo captus est Bucerus, & incidit in foueam, quam fecit, vt in est in Odis Duidicis. Postremo & hoc doceat qúàsus sit Bucerus, quód homo obnoxius adhuc peccato mortali, nisi cœperit prius cogitare de pœnitendo, ac sese deiecerit, mœrore aliquo ac tristitia ob admissa flagitia tactus, quantumcunque Deum sollicitauerit precationibus, atq; deprecando confisus fuerit se impetraturum, quod petierit, nunquam tamẽ exorabit, eo quód Deus peccatores, vt habet Ioannes, non audit. Ac rursus, Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam

Ioan 9. Ioan. 3.

duciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo &c. Si ergo conscius ipse sibi, Deum precibus fatigauerit, credēs indubitato se acceptu-rum quod petierit, non impetrabit. Quā obrem id? nisi quòd pœnitentia quædam precationibus aliquid exoraturo admodum est necessaria, nō tantum fides. Vides itaque rursus Bucerum ex hoc Marci loco non habere, quo sententiam suam asserat, sed potius quo causa cadat. At quorsum inquies cum Bucero, illa, Fides te saluā fecit. Qui credit in eū habet vitam æternam, Ioan. 3. Iustificati ex fide pacem habem', Rom. 5. & similia, si fide non accipitur remissio peccatorum, & illa iustificatio non cōtingit? Quis diffitetur, ó bone, fide hæc accipi beneficia? Tu contendis nullo subnixus solido scripturæ testimonio sola fide accipi hæc, nos fide, spe, timore, pœnitentia, & dilectione ea cōtingere asserimus, nec tu vnquā diuersum poteris conuincere satis certo scio. Cæterum missa hæc faciens ad reliqua ibo, atque qua liceat breuiloquētia,

recenſebo, quæ ex veterum elucubratio-
nibus pro ſolius fidei aſſertione adferri
ſolēt, & ea diluam. Primum vero occur-
rit Origenes, qui viſus eſt aduerſarijs plu-
rimum ſuffragari, cùm probe expenſus
nihil min' faciat. Is ſic hab3 in illud Ro.3
Arbitramur &c. Dicit Paul' ſufficere ſo-
lius fidei iuſtificatiõem, ita vt credens tá-
tummodo iuſtificetur, etiam ſi nihil ope-
ris fuerit expletum. Mox ſubtexit huius
rei exemplum de ipſo latrone, qui dice-
bat. Memento mei Domine &c. Quod
ad hoc Origenis teſtimõium attinet, ini-
tio dico illum quatuor ſenſiſſe, cúm ſic
ſcripſerit, quemadmodum Apoſtolus,
quem enarrat. Primum, cęremonias Mo-
ſaicas, quod genus erãt circunciſio, ob-
ſeruatio feriarum, delectus ciborũ, que-
rum Paulus meminit in illa epiſtola ca.
4. & 14. atq3 ſimiles ritus, excluſit àne-
ceſſaria iuſtificationis cauſa. Secundum,
volebat neminem abſq3 fide in Chriſtũ,
licet aliter perſuaſum fuerit Iudæis, poſ-
ſe iuſtificari & ſaluari. Tertium, nulla pe-
nitus eſſe hoīs iuſtificãdi merita, ob quæ

Veterum pronuntiata de ſola fide quo ſẽ ſu ſunt ac eipsenda.

Origenis dicta de ſola fide in epiſtolam ad Roma. cap. 4.

Rom. 9. 10

fieret

fieret iustus ex iniusto, ne gratia nō esset gratia, Ro. 11. & opa nostra tantum, Deo adiuuante non facta inutilia ad iustificationem. Quartum, externa opera, quibus tumebant Iudæi, & nimium gloriabantur, adeo non esse necessaria ad salutem, vt sine his nemini liceret cœlestem gloriam indipisci, quo pertinet exēplum Latronis, à quo Christus non quæsijt (vt inquit Origenes) quid prius operatus esset, nec expectauit quid operis, cū credidisset, expleret, sed sola confessiōe iustificatū, comitē sibi paradisum ingressū assumpsit. Deinde ait Origenes, q̄ Apostol' dicit homini iustitiā imputari, licet nōdū opera iustitię egerit, sed p̄ eo tantum, q̄ credit in eū, qui iustificat impiū? Statim illi' rationē reddit inquiēs, Initiū nāq; iustificādi à Deo fides est, q̄ credit in iustificātē. Hęc ille. Vñ vides illū voluisse hominē posse iustificari citra prioris vitę bñfacta, q̄ excludit vocula sola. Rursū vides q̄ fides est initiū iustificatiōis, nō integra causa ei', quēadmodū nec initiū rei, aut fundamētū extruēdarum ædium

Luca 23.

Origenes non excludit ut Lutherani, spem, timorem, pœnitentiam, orationem, & dilectionē à causa iustificationis.

illarum est solida & integra causſa. Vbi Origenes affirmat, quód cum ad scripturas redierit, inuenerit non omnibus credentib' fidem imputari ad iustitiam, sed solis his q̃ fidē absolutā, & ex multis collatam partibus, fuissent adepti. Adhęc in eodē loco asserit Origenes, quôd vbi fides non est quæ iustificet credētem', opera nulla posse ipsum iustificare, tamet si fides sine operibus iustificet hominem subinde. Postremo, quod ad exemplum de latrone attinet, procliue fuerit ostendere, illum non fuisse iustificatum absq; spe, pœnitentia, oratione, ac dilectione. Quis enim adeo cæcutit, vt clare non videat, illum sua scelera agnosse, ac pœnitudine anteactæ sceleratæ vitæ tactum dixisse. Nos quidem iuste, videlicet pœnas has luimus, nam digna factis recipim'? Deum timuisse illa verba indicāt. Neq; tu times Deum, quòd in eadem dānatione es? Confessus est Christi innocētiam dicens, hic nihil mali egit. Porro hanc illius orationem. Memento mei domine &c. ex fidē ac spe impetrandi profectam

Chrysost. Tomo 2. Hom. 7. de pœniten.

Vbi Deus confitentē peccata sua iustum efficit. In latrone mox subiecit.

fectã esse quis ambigit? Charitate eum flagrasse vel id argumẽto est, quòd Christo adglutinari auidius ambiebat, quòdque tam patienter mortem tolerauerit, & crucis supplicia. Nam charitas omnia suffert, vt Paulus autor est. Non possum itaq; satis demirari illorum cæcutiẽtiam ac crassam imperitiam, quos non pudet contendere hunc latronem adeo nullius rei subsidio præterquàm fidei iustum euasisse, vt reliqua omnia eius, quæ fidem iustificantem anteuerterant, opera, ausint aut vitio danda esse, aut certe inania, superuacanea & inutilia, affirmare. Iam Diui Basilij sentẽtiã paucis excutiamus, vt liqueat, quàm illa non faciat pro assertione solius fidei iuxta Lutheranorum sensum. Locus Đ. Basilij est. Hęc est perfecta, & integra gloriatio in Deo, quando neque ob iustitiam suam quis se iactat, sed nouit quidem seipsum veræ iustitiæ indigum esse, sola autem fide in Christum iustificatum. Hæc Basilius, longe in aliam sententiam, quàm arbitrantur, qui solam fidem tuentur ac defendunt.

1. Corin. 13

Concione quadam de humilitate.

fendunt. Nam hi, timorẽ, ſpem, pœnitentiam, orationẽ, charitatem, ac alia quædam Dei munera ad iuſtificationem cõparandam cũm primis neceſſaria, ſola fide excluſiſſe Baſilium exiſtimant, cũm ille aduerſus arrogantiam de humilitate, & mentis ſubmiſsione (vt titulus concionis indicat) verba faciens, ideo tantum adſtruxerit ſola fide hominem iuſtificari, ne quis ſe ob propriã iuſtitiam ac operum merita efferat, inſolescat, venditet, ac glorietur, quaſi non acceperit, ſed potius agnoſcat ſe verę iuſtitiæ eſſe indigum, ideoq; exemplum elati ac ſuperbi phariſæi protulit in medium. Voluit itaq; Baſili⁹ vocabulo, (ſola) excludere opinionẽ meriti operis cuiuſuis gratiam præuertentis. Sed quid hoc iuuet cauſã aduerſariorum, qui aſſerunt ſolius fidei ſubſidio peragi iuſtificationẽ hominis? De ridicula ſane eſt illorum interpretatio, qui arbitrantur, id eſſe ſola fide hominem reddi iuſtum, quod eſt ſolo Chriſto, aut illius ſolius merito, quãdoquidẽ de cauſſa diſpoſitiua, & recep-

Luca. 18.

Ridicula quorũdam enterpretatio de ſenſu huius pronuntiati, Sola fide iuſtificatur homo.

tiua iuſtitiæ & remiſsionis peccatorum inter nos cõtrouertitur, non de effectrice, aut meritoria, qualis eſt Chriſti mors ſola, quod nemo vnquàm fuerit inficias, qui fuerit vere pius, & vel mediocriter doctus rei Theologicæ. Sed omittamus has nugas, & D. Ambroſium de ſola fide hoc pacto diſſerentẽ audiam⁹, vt nemini non ſit conſpicuum, nec hunc eſſe ſuffragatorum Luthæranę ſentẽtiæ de ſola fide. Hæc ille retulit in literas. Nihil operantes, neq; vicem reddentes, ſola fide iuſtificati ſunt dono Dei. Voluit his verbis, dignitatẽ & merita tãtum operum antecedentium à cauſſa iuſtificatiõis excludere, vt iuſtificetur homo grátis, quẽadmodum ipſemet Paulus dicens, Iuſtificati gratis per gratiá ipſius. Quid enim ſenſiſſet Ambroſius, dum hæc eadem interpretatur Pauli verba? Et nonne id eſt vicem reddere, quod mereri, aut opere & beneficio compenſare officium, ac gratiam gratiæ reddere? Adde his, quod Ambroſius paſsim dicat opera legis à Paulo excludi.

Ambroſius in 3. cap. 4. ad Ro.

Roma. 3.

Nam

Nam enarrãs illa verba eius cap.3. Nunc vero sine lege iustitia Dei manifestata est &c.ait. Apertum est quia iustitia sine lege apparuit, sine lege sabbati, circuncisionis, neomeniæ, & vindictę. Rursus in illud. Arbitramur hominẽ iustificari per fidem sine operibus legis, inquit. Gentilẽ dicit hominem pro certo haberi, quód iustificetur credens, nulla faciens opera legis, id est, sine circuncisione, aut neomenijs, aut veneratione sabbati. Hæc Ambrosius edisserens cap .3. ad Romanos, vnde liquidius constet illum sola fide excludere, aut merita operum præcedentium tantum, aut potius obseruationem Mosaicorum rituum ac cæremoniarum, quarum impletionem veluti ad salutem necessariam conabantur Iudæorum quidam gentibus obtrudere, vt Act. 15, & Romanorum. 3. liquet. Vbi dicit Paulus. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & gentium? Q.D. Iudæorum nõ est Deus solus, vt circuncisos dumtaxat iustificet & iustificatos seruet, sed etiã gentium, quas per fidẽ absq; auxilio circun-

cunciſionis ac Moſaicarum cæremoniarum iuſtificat & beat. Eodem certe pertinet, quod idem Ambroſius habet in hæc Pauli verba. Ei vero, qui non operatur, credenti in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam. Hoc dicit, quia ſine operibus legis credẽti impio, id eſt, gẽtili in Chriſtum, reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſicut Abrahæ. Quomodo ergo Iudæi per opera legis iuſtificari ſe putant iuſtificatione Abrahæ, cúm videant Abraham, nõ ex operibus legis, ſed ſola fide eſſe iuſtificatũ? Quid eſt hic Ambroſio Abrahamum ſola fide iuſtificari? Nonne per fidem ſine legis operibus, & maxime circunciſione, quã prius quàm ſuſceperit, erat iuſtificatus in præputio, vt autor eſt Apoſtolus. Vocula igitur ſola, fit excluſio operum dumtaxat legalium, non timoris, non ſpei, pœnitentiæ, aut dilectionis. Addit Ambroſius per epilogum. Nõ ergo opus eſt lex, quando impius per ſolam fidem iuſtificatur apud Deum. Vides ne antitheſi ſeu quadam oppoſitióe

Capi 4.

Roma 4.

inter

inter fidē & legem Mosi vti hic Apostolum, quo eximat animis Iudęorum suę legis, ac meritorū & opum suorum nimiā fiduciā, & Christo lucri faciat? Mox luculētiora appingit Apostolus inquiēs in istęc verba. Scdm ꝓpositum gratiæ Dei, Sic decretum dicit à Deo, vt cessante lege, solam fidē gratiæ Dei poscceret ad salutē. Cernim' hic Apostolum sola fide excludere illā legē, q̄ cessauit coruscāte luce Euāgelica. Nōne illa erat Mosaica lex tātum ex typis, cęremonijs, & iudicijs cōstās? Quid hoc pro soli' Lutheranæ ꝓpugnatione, qua omnia Dei dona non legalia tātum, à caussa iustificatiōis reijciuntur? At q̄ adhuc apud Ambrosium supersunt intacta, videantur plus habere momēti & virium ꝓ fidei solius dogmate defēdēdo, nimirum hæc. Beatos dicit, de quibus hoc sanxit Deus, vt sine labore, & aliqua obseruatiōe, sola fide iustificētur apud Deum. Rursus manifeste, Beati sunt, q̄bus sine labore, vel op̄e aliquo remittuntur iniq̄tates, & teguntur p̄cā, nulla ab eis requisita pœnitentiæ opera,

nisi

nisi tãtum vt credant. Nec ista quicquã iu uãt soli' fidei assertorum caussam, eo qđ statim Ambrosius affirmat hæc ad laua crũ, nẽpe baptismi referenda esse, in quo sine labore, vel aliquo ope remittuntur, teguntur & non imputantur peccata. Intellige hic tamen laboris & operis vocabulo, nõ oẽm laborẽ, nec oẽ op' ꝓmiscue & citra discrimẽ, sed opa pœnalia, quali a sunt pœnitẽtium post baptisma dumtaxat, quia internum laborẽ per cõtritionẽ & dolorẽ ob admissum exigi à baptizando manifesto docet D. Petr' dicens. Pœnitẽtiã agite, & baptizetur vnusq́sq́ꝫ vestrum in noĩe Iesu Christi in remissionẽ pctõrum vestrorum. Id qđ vel ipsemet Ambrosi' ostẽdit ĩ illo eodẽ loco sic inq ẽs. Postq̃ affirmarit tres admissorum grad' in baptismate obliterari. Quẽadmodum autẽ potest ad pœnitẽtiñ personã ꝑtinere, cúm dicit. Beati, quorum tecta sunt pctã, cúm cõstet pœnitentes labore & gemitu remissionẽ pctõrum acqrere. Hacten' de Ambrosij sentẽtijs sit dissertum. Nunc Hilarij dictum quoddã expen

Ab his. qui ad baptismum à paganismo vel iudaismo ueniũt non exigũtur opera prioris uitæ, sed fidei solum.

Acto. 2.

Ioan quoque Bapt. exegit pœnitentiam à baptizãdis. Matth. 3.

damus

damus. Is sic habet. Mouet scribas remissum ab homine peccatum, hominem enim tantum in Iesu Christo contuebantur, & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat. Quid huic solam fidem iustificare, nisi fidem in Christum absque Mosaica lege, vel legem non potuisse absque fide præstare iustitiam? Quid hoc pro Lutheranorum assertione de sola fide? Nunquid ait Hilarius fidem solam iustificare sine spe, timore, oratione, resipiscentia, dilectiõe Dei & proximi, ac similibus Dei donis? Deniq; lex cõtra posita fidei, quẽ admodum Iudæi illam erigebant, habẽtes persuasum ea sola se iustificari & seruari absque fide in Christum, Roma. 9. & 10. peccatum laxare non poterat, sed fides per belle absque illius auxilio. Sint hæc quoque dicta de Hilarij sententia. Iam Chrysostomi dictum excutiamus, qui ait. Hic virtutem Dei ostendit, quód non saluauit modo, sed & iustificauit, & in gloriationem adduxerit, nullis ad hoc vsus operibus, sed fidem tantum exigens.

Io Matth. canone. 2.

Chrysost. in illud Roma. 3. Vbi est gloriatio.

exigens. Quàm vero parum, hæc patrocinatur ſolius fidei defenſorib', vel hinc liquet, quód vt Paulus diſſerit de lege factorum oppoſita legi fidei, ita Chryſoſto. per legem factorum intelligit cæremonias Moſaicas, dicens in eundem Apoſtoli contextum. Quod ſi legis adminiculis innitendum eſſet, ante Chriſti certe aduentum fuiſſet. Poſteaquàm vero aduenit, qui per fidem ſaluat, ſublatũ eſt deinceps legalium conatuum tẽpus, quibus omnibus (legalibus conatibus) aſſertis conſtanter, non iam velut ex gratia ſalus conſtabit. Potuit aliquid his dici apertius, vt perſpicuum eſſet, ſe ſola fide excluſiſſe Moſaicos rit' dumtaxat? Quin ceſſo Chryſoſtomi verba afferrę, quæ eueſtigio & proxime inſequuntur citatam de fide ſola ſentẽtiam? Sunt enim hæc veluti per exegeſin & expoſitionẽ ab eo adnexa. Hæc vero in hoc dicit, quatenus credentem Iudæum ad modeſtiam inſtituat, incredulum vero reprimat, & ad credẽdum inducat. Q.D. Paulus dicens excluſam eſſe Iudæorum gloriatio

Chryſoſt. Tomo. 3. Homilia 11. & 70. in Matthæum ait ſolam fidem ad ſalutẽ non ſuffi cere.

riationem ob merita legis sese iactantium, propterea illud scripsit, vt illi de suis operibus submissius sentiant, qui credunt, & q nondum credunt, ab insolētia sua reprimantur, & credere persuadeantur. Hæc nihil faciunt, quo conuincatur sola fide iustificari hominē absque admiculo timoris, spei, resipiscentiæ, & charitatis. At præstat adscribere huc eiusdē Chrys. verba in epistolā ad Titum, quæ eiusmodi sunt. Dupliciter dici possunt fabula iudaica oīa, siue cúm simulate fiunt siue cū intēpestiue. Mox ait. Si enim credis fidei, cur alia infers, quasi fides iustificare nō sufficiat sola? Quid te ipsum spōtaneæ subijcis seruituti, & legis iugo collum submittis? Vides ne lector cādide, D. Chrysō. sola fide excludere Mosaicæ legis obseruationē dumtaxat, nō opera pœnitētiæ, non timorē, non spem, nō deniq; charitatem à causa iustificationis? Cur ergo non deberent Lutherani pudore suffundi, dogma de sola fide orbi Christiano credendum obtrudere, cúm hoc & eiusmodi alijs sanctorum patrum subni-

Homili. 3.

Chrysost. in cap. 2. ad Gala. 15. lex non confert iustitiam, o ciosa est circumcisio

subnituntur locis, quib' illi nihil min' sõ niabant, quàm quod illi docent eos voluisse? Facessant ergo nugæ, immo funestæ potius præstigiæ, quas satan mille artifex, & impostor maximus conatur in Christi ecclesiam inuehere per suos satellites. Nequeo hic præterire silentio Petri Martyris Itali (qui nunc Oxoniæ in Anglia profitetur Theologiam) crassam inscitiam absque traductione & nota aliqua. Nam is persuasurus sola fide apprædi remissionem peccatorum ac vitam æternam, aiebat se vehementer demirari, cur doctrina illa cuiq orthodoxo displiceret, postquam eam probaret scriptura sacra, nempe Act. Apos. cap. 26 vbi Paulum habuisse ista corã frequenti multitudine legimus. Audiui vocẽ loquẽtẽ mihi Hebraica lingua. Saule Saule &c. Post pauca verba ait Deum dixisse sibi. In quas gentes ego mitto te aperire oculos eorum, vt cõuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum & sortem inter sanctos per fidem, quæ

est

est in mẽ. Hic impendio gestijt animus ip-
sti' lætitia. Hic cadere adstruxit illorum
dogma, qui assertioni solius fidei non ac
cedunt. Hic triumphum ante victoriam
cecinit. Nam quis adeo cæcutit, & hallu
cinatur, nisi Lutheranus fuerit, vt non
cernat satis dilucide locum hunc nihil ō
nino huic factioni suffragari, quæ perpe-
ram, indocte, & impie contendit sola fi-
de apprẽhendi gratiam Dei, condonati
onem admissorum, & vitam æternam?
Siccine enim colliget quispiam non pe-
nitus cæcus? Remissio peccatorum, &
sors inter sanctos, quàm græce κλῆρος
appellat hic Lucas, per fidem, seu fide
accipiuntur, ergo hæc sola fide apprẽhẽ
duntur? Nonne merito se deridendum
omnibus propinare censeretur doctis,
qui sic colligeret? Nam quis nescit, aliud
esse fide ista accipi, & sola fide? Horum
prius scriptura prodit, posterius vero ex
plodit, & refutat, quemadmodum abun
de iam ostendimus, accuratius quoq; os
tensuri infra. Porro autem, vel ipse lo-
cus, quem iste Petrus huc detorsit, mani
feste

feste illius hæresim conuellit, vt qui habet, Paulum ideo missum à Deo ad gentes, vt aperiret oculos eorum, quo conuerterẽtur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem &c. Nam conuersio ista non fit fide sola, sed pœnitentia, spe, timore, inuocatione Dei, & multis alijs, quemadmodum sacri docent codices. Ioelis. 2. sic habetur. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & plãctu &c. Accedit his illud Ionæ. 3. Conuertatur vnusquisq; à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eius. Textus ostendit illos non credidisse solum, sed ieiunasse, amictos fuisse saccis, orasse, ac tandem Dominum, cùm videret illa eorum opera, misertum fuisse illorum. Proinde conuersio non fit sola fide, & ideo textus citatus ab isto Petro ex Actorum cap. 26, pugnat cum illius sententia de sola fide, tantum abest, vt eam probet. Verum quid opus est tam multis, cùm verba ipsius Pauli, quæ illico sequuntur in eodem capite, luculente doceant, ni- Ionæ. 3.

hil tale posse ex illo loco decerpi, quale iste Petrus somniauit? Nã hæc habet cõtextura ipsa. Vnde, rex Agrippa, nõ fui incredul' cœlesti visioni, sed his, qui sunt Damasci primũ, & Hierosolymis, & in omnẽ regionẽ Iudeæ, & gẽtibus annunciabã, vt pœnitentiã ageret, & conuerterentur ad Deũ, digna pœnitentiæ opera facientes. Ad hæc tã luculẽta verba Petri cõniuebat, eo q; illi' aduersẽtur dogmati, cũ primis exitioso. Quo nomine sata imitatus est, qui ex odis Dauidicis protulit illud, Angelis suis mãdauit, &c. Mat. 4. quo Christum prosterneret, callide & astute reticẽs quę mox sequuntur, pugnãtia aduersus eum, nimirum hæc. Super aspidẽ &c. Vides opus itaq; esse pœnitentia, cõuersione ad Deum & operib' pœnitẽtia dignis, nõ vna fide vt remissionẽ pctõrum, & sortẽ inter sãctos accipiam' vt hic idẽ locus docet, & proide expugnat, nõ ꝓpugnat Petri Lutherani isti' hęresim, hęc sentẽtia Actorum. Adstipulatur his, qđ Paul' vt Actorum cap. 20. legim', dixerit, se nihil vtilium subtraxisse

Iudæ

Iudæis & Gentibus, ſed teſtificatum illis in Deum pœnitẽtiam & fidẽ in Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ. Nã hinc liquidius conſtat illũ nõ fidẽ ſolam, ſed pœnitẽtiã quoq; docuiſſe, vt remiſsionẽ admiſſorum cõſequerẽtur Iudæi & Gentes, & ſortẽ inter ſãctos, vt fruſtra fuerit innix⁹ huic loco Actorum. 26, Petrus iſte Martyr, quo doceret ſola fide apprẽhẽdi remiſsionẽ peccatorũ, & vitã æternã. Qđ. aũt conetur perſuadere ſola fide appræhendi vitã æternã ex hoc eodẽ loco, qũã id fruſtra & incaſſo labore tentarit, quę iam adducta ſunt, affatim commonſtrãt & prẽſertim illud Paulinum id conuincit, nẽpe. Tu aũt ò homo Dei, hæc fuge, ſectare vero iuſtitiã, pietatẽ, fidẽ, charitatẽ, patiẽtiã, manſuetudinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei, apprẽhẽde vitã ętẽrnã &c. Poterat ne Paul⁹ apertius teſtari vitã æternã appræhẽdendã per iuſtitiã, pietatẽ, fidẽ, charitatẽ, patientiã, & mãſuetudinẽ, & nõ ſola fide? Nõne ergo talpa & ipſa leberyde cæciores eſſe oportet, qui garriunt ſola fide appræhendi remiſ 1 Tim. 6.

fionem peccatorum & vitam æternam? Verum præstat attexere quæ paulo pòst in eodem Pauli loco sequuntur, nimirum hæc. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abúde ad fruẽdum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, vt appræhendant vitam æternam. Cernis iam candide lector, quá isti aberrant à vero, quàm in clara palpitãt luce, qui adstruunt sola fide appræhendi iustificationem, & vitam æternã, quádo Paulus, qui maxime omnium extulit fidem & gratiam Dei, aperte satis dicit multa exigi, vt vita appræhendatur æterna, non solã fidem, vt blatterant Lutheristæ, cúm nusquàm extet in sacris Bibliis locus, qui testetur sola fide, appræhendi illam. Cæterum de his satis impræsentiarum, præsertim cúm de eadem re pluribus iam supra disserverimus, quàm vt opus sit de ea fusius scribere. Caue iam

le-

lector pie, qui vlla tuæ ſalutis cura tange ris, ne temere iſtis nouorum dogmatum autoribus fidem habeas, qui tam inepte, immo impie ſcripturæ locos ad ſua dogmata per capillos (vt aiunt) trahunt, cùm maxime reluctẽtur. Cęterum hacten' de veterum Theologorum ſententijs quibuſdam, quæ viſæ ſunt ſolius fidei aſſertorib' illorum accedere & ſuffragari impio ac exitioſo dogmati, cùm nihil tamen minus fecerint. Iam adgrediamur ea, quę adhuc obijciuntur ad ſolius fidei propugnationem, aduerſus prę parationem ad gratiam ſuſcipiendã per opera fidem iuſtificantem antecedentia

CAPVT XVIII.

Caput. 18. In quo diluuntur quædam obiectiones aduerſus operum præparationes ad gratiam Dei imbibendam, ac quædam alia pro aſſerenda ſola fide à Lutheranis deprompta.

LVTHERVS persuasurus sola fide sine omni præparatione per contritionem aut aliud op' nostrum, remitti nobis peccata id Dauidicum eo detorsit. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multum est enim. Nō vidit is vel talpa cæcior cū esset, hæc paulo infra insequentia verba Dauidis. Vide humilitatem meam, & afflictionem meam, & dimitte vniuersa delicta mea. Rursus aut non vidit, aut vidēs dissimulauit illa eiusdem prophetæ. Cor contritum & humiliatum Deus nō despicies. Sed quid tam multis in re manifesta? Sunt qui obijciunt illud Pauli Rom. 14 Rom. 14. Quod nō est ex fide peccatum est, sed à genuino suo detortum sēsu, vt quod de conscientię iudicio intellexit Apostolus, volens in crimen verti, quicquid fieret reclamante coscientia, quemadmodum supra diffusius ostendimus, licet Origenes non inepte aliter acceperit dictam Pauli sententiam dicens.

Psal. 24.

Psal. 50.

Lib. 1, in Iob

Omnia

Omnia opera, quæ sine fide, & Dei agnitione sunt, inutilia sunt, quia in die interitus operãtem non liberabunt, nec illorum autor ob eiusmodi, mercedem vllã reportaturus est. In quam quoq; sententiam subinde eundem locum interpretatur Augustin', vt alij classici scriptores. Verum de hoc satis, vt de quo supra copiose dissertum est. Obijciuntur quoq; aliquot loci scripturę, sed aut non intellecti, aut malitiose ac odiose detorti à genuino eorum sensu, quorum prim' est, 1. Co. 13, vbi liquet, opera nostra omnia, atq; afflictiones, quæ à dilectione illa eximia nõ proficiscuntur, esse nihil, ac proinde non sunt præparatoria ad gratiam suscipiendam, nec de congruo meritoria. Eiusmodi est illud quoq; (inquiunt) qđ ad Galatas asserit nihil esse in Christo Iesu, quicquid id sit, quod fides per charitatem operans non parit. His respondere non erit admodum difficile. Non enim nihil esse, aut aliquid non valere apud Paulum illud est, quod isti fingunt, nempe omnino nihil, prorsusq; inutile,

quia

quia nemo cordatus dixerit prophetiã Balaam, & Cayphæ, quam non peperit charitas, vt qua illi erant destituti, esse plane nihil, aut penitus nihil valere, quẽ admodum nec scientiam rerum moralium, Theologiæ, & aliarum rerum, cognitionem mysteriorum Dei, quam nacti sunt, qui charitatem non habent, nec de niq3 fidẽ, qua montes transferuntur, sed non esse hęc meritoria de condigno, aut commoda, & vtilia ad comparandam vitam illam æternã, nec per ea sine Dei adiutorio hominem peruenire ad iustitiam. At non fiunt hæc (inquit Lutherus) ex toto corde, & ideo sunt Hypocrisis. O belle argutator atq3 argutule digladiator, dignus es, qui vel lappa coroneris, qui tam docte noris colligere, perinde ac si, quicquid non manat ex corde hominis toto, sit peccatum & malũ, quod genus est hypocrisis. Is nescit id solum Hypocrisim esse, quod est simulatio sanctitatis, quoties quis fingit se sanctum, piumq3, cũm nihil minus sit intus in mentis animiq3 recessu, quã qualẽ vultu præ

se fert

se fert. Prodigus ille filius, non timet Deum ex toto corde, cùm adhuc obnoxius esset pluribus peccatis, non dilexit ex toto corde, quia tamen sese ad patrẽ versus accinxit, ac paulatim resipuit, hypocrita non fuerat. De hoc satis, cętera igitur loca, quæ torquet Lutherus ad suum dogma, breuiter expediamus, ne his subnixi, qui illi hac in re subscribunt, triumphum peragant nondum nacta victoria. Quód (inquit Lutherus) cõtritio magis faciat peccatorem, docet Paulus his locis, vbi asserit, per legem abundare peccatum, per legem augeri transgressiões, Gala. 3. & legem peccati esse virtutem. 1. Cotinth. 15. Nam hi loci conuincunt (inquit) nullum esse amorem naturalem medium inter odium, & gratificãtem amorem, vnde progigni possit cõtritio ista. Hæc ille, suam indubie prodens inscitiã omnibus deflendam. Quis enim fieret æquis auribus hos texentem syllogismos? Lex citra gratiæ diuinæ opem ac auxilium veluti per occasiõem, quam hinc nostra ad designandum peccatum propen

Luca. 15.

Roma 5.

sio improba arripit, efficit vt delictum abundet, ergo cõtritio ex fide informi, gratia Dei trahentis, ac incommodorum, quæ parit delictum, expensione, profecta, magis facit peccatorem. Deinde, quod ex Galatarum. 3. colligit, per legem augeri transgressiones, licet id verum sit, hoc tamen Paulus ibidẽ non sentit, vt q̃ ait legem p̃positam esse propter transgressiones, nõ augendas (vt perperam asserit Lutherus) sed cohibẽdas, coercendas, ac plectendas, quemadmodum optimi quiq; autores locum hunc enarrant. Quod ait Paulus, legẽ esse peccati virtutẽ, id nemo vnq̃ negauit, sed p̃ occasionẽ à carnis ad delinquẽdum p̃cipitate acceptã tantũ, nõ datã, accipi debet. Nitimur enim in vetitũ, ac semp cupimus negata. Quid tum postea? Num hinc colliges hominem non posse se per fidẽ & gratiã præuenientẽ præparare ad gratiam iustificantẽ recipiendam? Lege caput de p̃paratorijs operibus, q̃ diuersum tibi facile p̃suadeat, ni sis oĩo pugnax impiæ opiniõis huius assertor, ac mauelis

quod

qđfalsum est q̃ qđ verum, tueri ac defẽde
re. Texunt sub hæc frigidũ hunc syllogis Ioan. 15.
mum ex his verbis Christi, Sine me nihil
poteſtis facere. Ioan. 15. Sine me (inquit
Christus) nihil potestis facere, ergo præ
paratio animæ quæ gratiam anteuertit,
si quæ eiusmodi esse queat, nihil est, quo
niam sine Christo sit, ac perinde cùm ni-
hil sit, non potest conferre quicquàm ad
hominis iustificationem. Plumbeus sane
est hic pugio, & telum pistillo retusi', ex
falso verborum Christi sẽsu fabrefactũ,
vt quæ de fructibus mãdatorum Dei in- Cap 10.
telligi debẽt, vt cõcilium Aphricanum
illa accipit, immo vt ipse potius contex-
tus Ioannis docet aperte accipi debere,
vt qui disserit de palmitum fructibus, &
de manẽtibus in Christo & illius manda
torum obseruatiõe, deq; illorum operi-
bus pijs, quæ indubitatum est gratiã Dei
parere, nec posse abs q; ea progigni. Sen
sus ita q; verborum Christi est, neminẽ
posse facere quic q̃ gratum ac acceptum
Deo, dignumque mercede aliqua perpe
tua, sine Christi auxilio ac gratia haud

vulga

vulgari, idq3 nihil appellatur, qđ non sit meritorium vitæ æternæ, quẽ admodum supra ex Galatarum. 5. &. 1. Corin. 13. mõ. strauimus. Iam cúm tale opus nemo asse rat esse, quod sternit viam ac feneſtram aperit ad gratiam & iuſtificationem, fru ſtra obijcitur nobis hic Chriſti locus.

Deinde etſi nemo ſe prẹparare poſsit ad iuſtitiam ſine Chriſto, nõ tamen ob hoc conſequitur neminem poſſe ſe ad grati-
Matth. 7. am iuſtificantem præparare. Pergunt ta men colligere illo Chriſti axiomate, Ar bor mala fructus bonos proferre non po teſt, ſubnixi, ſed à natiuo ſuo ſenſu coac tius detorto. Sic enim ratiocinantur. Ar bor mala nõ poteſt ferre fructus bonos, at homo obnoxi⁹ adhuc peccatis arbor eſt mala, nõ poteſt itaque edere fructus bonos, ſed ſi quos profert, malos eſſe o-portet. Argumentum iſtud plusquã A-chilleum & irrefutabile uidetur eſſe ſoli us fidei aſſertoribus, cúm nihil minus ſit. Nam primum hic poteſt eſſe ſenſus illi-us loci. Arbor mala, id eſt homo impro-bus & flagitioſus, quàmdiu talis eſt, nec

fac-

factus fuerit probus & pius, non poteſt fructus bonos, id eſt, opera Deo grata ac meritoria facere. Nam hæc proprie appellantur fructus boni, vt ſupra commemorauim' ex Ioannis. 15. Poteſt tamẽ opera quædam bona moraliter facere, vt egentibus ſtipẽ porrigere, iuſtas ferre ſententias, tueri viduas & pupillos, orare, dolere ob admiſſa, agnoſcere ſua flagitia, ſperare ignoſcentiam, & ſimilia per fidẽ informẽ, & gratiã Dei quandã trahentem, quę licet proprie meritoria non ſint, nec digna cœlo, ſtruunt tamen viam ad gratiam capeſſendam, vt rumpantur ilia codro. Ad hæc Auguſtin' ad uerſus Iulianum, arboris vocabulo intelexit nec inepte, hominis voluntatem, vt ſit hic genuinus loci huius ſenſus, Arbor mala, id eſt, mens ſiniſtra, ac voluntas improba non poteſt ferre fructus bonos, quod nemo inficiatur, ſed hoc nihil penitus facit aduerſus aſſertionem operum præparatoriorum, vt quæ ex leua mente aut mala voluntate non prodeunt, ſed ex dextera poti' & bona, qua dolet pec

Ioan. 6.

Et lib. 2. de nuptijs & concupiſ. cap. 21 ac lib. 1, retracta. cap. 22.

cator

cator ob commissa, ea deflet, odio prosequitur, cor cõterit, ac paulatim resipiscit se ad Deum recipiés. Haud secus Tertullianus interpretatur hunc Matthæi locum dicens. Nec arbor bona malos, nec mala bonos proferat fructus, id est, neq3 mens, vel fides bona malos edat, neque mala bonos. A quo ne latum quidem digitum abludit Diui Basilij sententia. Nam is veluti ediserẽs hoc Christi pronuntiatum adpingit, illi hæc verba, neq3 cor prauum verba vitæ proferre. Iuuat quoque hunc sensum, quòd Christus ipse, postquàm rursus hac vsus fuerit de arbore parabola aut collatione, sic loquebatur. Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Sed audiamus Diuum Hieronymum hæc proferentem. Tamdiu arbor mala in fructibus peccatorum manet, quàmdiu ad pœnitentiam non conuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit incipit id esse, quod nec dum cœperit.

Tertullianus lib. 1. aduersus Marcionẽ.

Basilius libro. 1. de baptismo, arborem nomine mentem intelligit.

Matth. 12

Matth. 7.

Postre-

Postremo, si quis velit aliquanto exactius, & diligentius illam Christi sententiam expendere, inueniet illum hoc sensisse, nimirum hæreticos & schismaticos, quos pseudoprophetas & lupos appellat, non posse verba edere vitæ, aut pia, aut sancta dogmata orbi Christiano inuulgare. Adde his, quód vir impius, quatenus eiusmodi est, non potest boni quidpiam agere, vt calidum quatenus tale, non potest nisi calfacere, licet paulatim immutatum frigefacere possit. Sicque nihil prohibet virum improbum rationis sequentem præscripta, diuinitus tractum ac hinc resipiscentem, bona quædam edere opera, quibus nonnihil paratior atque capacior fiat diuinæ gratiæ. Certe in quemcunque sumpseris sensum, saltem germanum, locus iste Christi nihil pugnat cum assertione operum præparatoriorũ ad gratiã Dei parandã. Verũ de hoc loco satis copiose diximus. Porro sic argumẽtãtur Lutherani. Lex (inqt Paulus Roma. 4.) irá operatur, ergo nõ me-

Theophilactus. Vide quod non dixit, non poterit sed quatenus est putrie, bona non parit.

merentur homines per eam, aut illius ō
pera remissionem peccatorum. Nullo
pene dilui potuit qđ hic obijcitur, tum
quod nemo doctus asserit, hominē per
legem seu eius opera mereri remissionē
admissorum, vt quæ gratis fit. Ro. 3. tum
quód lex, quæ iram operatur per occasi-
onem, quam humana nequitia arripit,
est lex Mosaica, vel moralis sine gra-
tia. Nam vltio transgressoribus eius infli
getur à Deo non eam obseruantibus. Iā
qui per opera quædam à lege præscripta
pro sua virili sedulo conatur Dei auxili-
o efficere sese gratiæ Dei capacem, non
præuaricatur legē, quatenus id agit, quo
circa hoc testimonium nihil omnino no
bis aduersatur. At, inquies mihi, remissi
o peccatorū est res promissa, sed ea non
accipitur nisi sola fide, ergo opera quæ-
vis alia quæ antecedunt fidem iustifican
tem, nihil adferunt adiumenti ad remis-
sionē commissorum. Hic desydero pro-
bationem assumpti huius, sed res promis
sa non nisi sola fide accipitur, quam isti
nunquam proferent. Nam impossibile
est,

est, vt remissionem peccatorum adipiscatur, quem non pœnitet anteactæ vitæ improbæ, spe fustultum impetrandæ veniæ, quantumuis credat sibi remissa esse scelera sua propter Christum. Nam quisquis non subnixus spe ignoscentiæ exorandæ, odio prosequitur iniquitatem, & diligit iustitiam, quod fit per contritionem, & donum charitatis, nõ est capax gratiæ & remissionis peccatorum, quippe qui peccato adhuc est obnoxi', quod remoratur gratiæ infusionem, qua gratis delerentur admissa. Eodem pertinet, quod si quis sine dilectione queat iustificari, possit quoq; hæres fieri vitæ æternæ, quãdoquidem, qui iustificatur, filius fit Dei, & si filius, & hæres. Ro. 8. Potest igitur aspirare ad cœli gloriam absque charitate, eo quòd potest mori in eodẽ momento, quo iustificatur, sed sine charitate nemo adire potest cœlum, vt quæ vestis est nuptialis, qua nõ amictus, proijcietur in tenebras exteriores, nec intromittitur ad nuptias, consequi ergo est necesse, non fieri vnquam iustificationẽ *Matth. 22*

abſq; dilectione per ſolam fidem. Vrgebis tamen adhuc cauſſans dilectionem opus noſtrum, idq; imperfectum, & proinde nõ poſſe hac peragi iuſtificatiõem, nec eã poſſe opponi iræ Dei, vt quã ſol' Chriſtus placauit litans patri in ara crucis. Frigida certe ſunt iſta, & neruorum exortia, ſi quæ alia. Nam ſi ideo dixeris ſpem, timorem, pœnitentiam, orationẽ & charitatem non habere quicquam ad iuſtificationem hominis momenti, nec opponi poſſe irę Dei, quód opera noſtra ſint, atq; imperfecta, quamobrem obſecro te, aſſeris fide nos iuſtificari? Num hæc opus eſt noſtrum, atq; imperfectum quóque? Non opponimus iræ diuinæ magis ſpem, timorem, reſipiſcentiam, dilectionem, & id genus alia dona Dei, quàm fidem, ſed nitimur his omnibus, vt alijs compluribus, efficere, vt Chriſtus ſolus placator iræ Dei, ac noſtrum omnium reconciliator velit ſe ac ſuæ mortis meritum opponere ei conſopiendæ atque placandę. Id quod feciſſe, quotquot peccatis erãt vnquã obnoxij, atque his tãdẽ ſuerunt

Solus Chriſtus placauit irã Dei precium redemptionis perſoluẽdo, placant illa opera ut organa &

fuerũt leuati, nemo ignorare poteſt, qui diligenter euoluerit ſacros codices, & quã id ſit verum, partim oſtẽdunt, quæ hac de re ſupra nos ſcripta reliquimus. Iam confutatione dignum non ſum arbitratus, quod quidam ſciolus ex hymno, quem chorus canit Eccleſiaſticus in ipſis corporis Chriſti ferijs, ſola fides ſufficit, ſeſe arroganter ingerens in Muſæum ſeu gymnaſium Theologicarum diſſertationum contexuit, quo probaret hominem ſola fide iuſtificari. Nemo enim neſciat voculam ſola, ibi nihil aliud quàm ſenſoriam experientiam reijcere, & excludere, quam eo loci cum fide confert Aquinas, hymni illius autor. Sic enim verba ſe habent. Et ſi ſenſus deficit, ad firmandum cor ſyncerum, ſola fides ſufficit. Quid ad iuſtificandum? Minime, ſed vt certo credas in ſacroſancta euchariſtia eſſe verum Chriſti corp⁹, & non ſymbolum aut ſignum illius dum taxat. Exploſus eſt ergo cœtu illo nec iniuria, qui hunc nectebat ſyllogiſmum tam ſtupidum, quàm qui ſtupidiſſimus.

media, quibus ſit, vt pro nobis reipſa propter Chriſtum ea placetur, atq; Chriſti nobis proſit placatio, ne iratus Deus de nobis ob ſcelera noſtra ſumat ſupplicium gehẽna. Pater filium gignit ſol, mater, Deus, ſed non eodem modo

Nunc igitur illud Lutheranorum argumentum diluamus, nempe. Sola fide apprænditur Christus mediator, igitur sola fide fit iustificatio. Si intelligant vocabulo apprænhendendi simplicem quandam ac sterilem seu mortuam apprænhensionem aut cognitionem, antecedēs est verum, & collectio non est valida. Nam hoc pacto dæmones ipsi ac sceleratissimi quiq3 Christum apprænhendunt mediatorem, qui tamen hinc iusti non fiunt. Sin per apprænhensionem non illam, sed eiusmodi, qua affectus noster veluti trāsformatur in Christum, atq3 animus in ipsum rapitur, quod nunquā fit absq3 charitate, intellexerint, tunc antecedēs est falsum, quód hoc modo non apprænhenditur Christus mediator fide sola, sed spe, timore, pœnitentia, & dilectione. Quód vero quidam dicunt sola fide apprænhendi remissiouem peccatorum, verum est, si per apprænhendere intelligant, cognoscere & intelligere, sed si apprænhensione acquisitionem intelligant, id cúm primis falsum est. Nam ne

Cognoscimus sola fide Christum esse redemptorem ac mediatorem, sed redemptionem ac propitiationem sola fide absq3 charitate non consequimur. Matth. 7 Iacobi. 2. Tale confitetur. &c

mo

mo acquirit remiſsionem peccatorum ſola fide, vt ſupra abunde declaratum eſt, ſed fide, ſpe, timore, oratione, pœnitentia, ac charitate, & tamen opus eſſe Chriſto propitiatore quis ambigit? Nã hunc non excludim⁹, vt impudẽter mẽtiuntur Lutherani, cúm aſſerim⁹ ſola fide non fieri iuſtificatiõem hominis, ſed cõſtanter adſtruimus, ſine fide in eum impoſsibile eſſe, vt quiſpiam Deo placeat, cumq3 illo in gratiam redeat. Iam libet mihi huc adſcribere quædam acutiſsima argumenta doctiſsimi viri Maluendę, quibus ille cornutas illas beſtias, Bucerum, & Brentium, humi proſtrauit in poſtremo Ratisponenſi concilio, vt acta illius referunt. Digna enim ſunt perpetua hominum memoria. Ibat inficias Brentius fidem cõſiſtere poſſe cum peccato mortali, idq3 ſubnix⁹ illo Pauli ad Galatas cap. 2. Quód ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, núquid Chriſtus miniſter eſt peccati? Abſit. Hic ſubridens Maluẽda, longe alium, Brenti, inquit, hæc ver-

Argumenta quædã Maluẽda, viri impeꝝ ſe docti, quibus ille Bucerum ac Brentium humi dauerit.

ba intellectum habēt, quā tu obijcis, nec pugnāt vllo modo cum sentētia catholica, & nostra. Disputat enim eo loco Paul' cōtra eos, q̄ accepto Euāgelio, nihilomin' putabāt legis obseruationē necessariā esse, nēpe, vt etiā gentes circuncidērētur, in quo errore refutādo hoc vtitur Enthimemate, cui' hunc esse sēsū patres testātur, q̄ eundē locum interpretati sunt, resq̄ ipsa euidēter ostēdit. Quód si iustificati (inqt) in Christo, adhuc pctātores inuenimur, hoc est legis obseruatione iustificādi, Christ' minister est pcti, nēpe, q̄ legē sustulit, ppositō euāgelio caussāq̄ peccādi, hoc est, nō obseruādæ legis dedit. Paul' itaq̄ vult nō esse opus lege, vt gētilis iustificetur, tu hinc putas colligi nō posse cū pctō mortali fidē cōsistere. Hacten' ille q̄ eruditissime cōfutauerat Brētij obiectionē. Nā si cui libet contextū illū diligēter expēdere, cōperiet nō aliū esse illi' sensum genuinū q̄ is reddidit. Nō enim aliter græca scholia explicāt, q̄ sic habēt. Si per id, qđ nō aliūde quā ab ipso Christo solo iustificationē petimus,

Locus Galat. 2. enarratur.

ac

ac legē aſpernamur, adhuc ſumus inuēti peccatis obnoxij, nōne Chriſtus peccati miniſter, qui nos à lege Moſaica ad ſe abduxit? Adde huic vt abſoluatur ſyllogiſm', iſtud aſſumptū. At Chriſt' peccati nō eſt miniſter, ergo hoc ipſo nō reddimur tranſgreſſores quòd à lege deſciuerim' ad Euangelium Chriſti. In quē locū Chryſoſt. habet, Ceſſat lex, & hoc ipſum ſum' profeſſi, & ideo relicta ea ad ſalutem ex fide confugimus. Itaq; ſi contendamus eam ſtatuere, hoc ipſo reddimur trāſgreſſores, qui cōtēdamus ſeruare, quæ Deus antiquauit. Hæc ille. Verū recipio me ad cōgreſſum doctiſsimi Maluendæ cū Bucero, quē ille hoc ſane pacto adort' eſt. Quāobrē (inquit) Bucere, ſoli fidei vim tribuas iuſtificādi, quā ſpei & charitati adimas? Reſpōdet Bucer' indocte, ac ꝓpterea mox ſuo iugulatus eſt gladio. Quia ſpes & charitas (inquit) opera noſtra ſūt, & idcirco impfecta. Sed fides op' noſtrū eſt (inquit Maluēda) ꝓinde atq; ſpes & charitas, licet dei donū ſit, vt ſpes & charitas, & ꝓinde impfecta

Chryſoſt.

Ac

Ac ſic illico excidit Bucerus hoc argumẽto, ac fatetur charitate Deum apprehendi, non ſola fide, ſed quia eſt prima in hoc opere, primaq3 apprehendit miſericordiam, nos ideo prima iuſtificat. Hactenus Bucerus faſſus eſt ipſam rei veritatem, coactus Maluendæ ratiocinationē lõge doctiſsima. Cæterum vbi poſt paulo Maluenda declaraſſet, Bucerum hac in re conſpiraſſe cum catholicis, cœpit eueſtigio omnia confundere, ne videatur accedere orthodoxorum ſententiæ. Maluenda adhuc pergit vrgere Bucerum hac rogatione. Quur vim iuſtificandi ſoli fidei tribuis, quam ſpei & charitati adimis, cùm fateris fidē ſine his nõ eſſe, quãdo iuſtificat? Ille reſpõdit, quòd hæc nihil conferunt ad hominis iuſtificationem, quod ad vim merendi attinet, ſed id ſolius fidei eſt opus. Perbelle (inquit Maluenda) ſi ideo ſpem & charitatem à cauſſa iuſtificandi ſubmouetis, ne vis merendi illis tribueretur, atq3 ſola fide totum illud beneficium conferret, oportet conſequi, vt merendi vis fidei tribua-

buatur, quod falsum esse nemo ignorat, quoniam gratis iustificamur Ro. 3, Hoc est, interprete D. Augustino, absq; præcedētium operū meritis. Quocirca perperam excludis spem & charitatē à causa iustificationis, ne vim haberent merēdi eā, quia eo nomine debuissetis & fidē submouere à causa iustificandi hominē, & non dixissetis sola fide iustificari hominē, exclusis spe & charitate. Ad hæc Bucerus obstupefactus, nō habēs in procinctu, quo se extricaret ab hoc Labyrintho, ne os illi merito videretur obstructum, illeq; impulsu veritatis victus non auderet hiscere, cœpit obstrepere, multa miscere, ac caussari non intelligi mentem suam, quo sensu hæc dicat, ac cūm multa impudenter atq; incogitantius effutiuerit, semper tamen in eodem hærebat luto. Sub hæc Maluenda rogat Bucerum, an fides iustificās sit, qua quis firmiter, ac certo statueret sibi remissa esse peccata propter Christum. Respondit Bucerus, illā ipsam, sed addere oportet ex testimonio spi. sancti iustificantis,

quia

quia fides illa iustificat, qua certo statuimus ex testimonio spi. sancti iustificantis nostra admissa nobis ignosci. Tunc Maluenda, ergo inquit, oportet impium, & iniustum prius habere spi. sanctum iustificantē testē, ex quo statuat certo, ac credat sibi remissa esse peccata quā iustificetur, atq; ita consequi est necesse, hominē, cum sit adhuc impius & iniustus, spi. iustificātem habere, vt illius testimonio firmiter credat, sibi Deum admissa cōdonare, hincq; fiat iust⁹, quo quid absurdi⁹? His reuictus turpiter Bucerus, qui Luheri discipulis visus est Theologorum maximus ac coryphæus, additionem illā, nēpe, ex testimonio spi. sancti iustificantis missam fecit, atq; propositionem tamen de sola fide, qua quis firmiter statuere debet, remissa sibi esse ob Christum peccata, defendere non destitit, detrectans, herbā porrigere, se victum agnoscere, harena cedere, aut à certamine desistere Id quod debuisset facere, si aut suæ, ac aliorum animarum cura vlla fuisset tactus

tus, aut ipsius veri studio vllo flagrasset, aut deniq; non fuisset perfrictæ frontis homo. Recusabat se victum fateri, & ipsam veritatem amplecti, ne dedecoris nota aliqua sibi inureretur, at hoc nomine ignominię, impudętię, et peruicacis inscitiæ, immo cõuitij potius in spi. sanctum nota vix vnqúam eluibilis illi insta est maxima. Cæterum mittam hęc, ac recensebo adhuc quædam dissertata a Maluẽda summo nominis sui honestamẽto, nec minori ipsius veri studiosorum cõpẽdio aduersus eos, qui imperitissime contendunt fidem tolli quouis peccato mortali. Sic enim congressus est cum Bucero Maluenda magni nominis Theologus, ac perpetua hominũ memoria dignus. Tollitur (inquit ille) vt vos asseritis, fides vestra, quoties quis mortale designat facin', at vestra fides (quod vos quo qúe asseueratis) est fides catholica, amittit itaq; quisquis mortaliter delinquit, protinus fidem catholicam. Hanc collectionem recepit Bucerus, quippe quód

iam antea ſubinde adſtruxerat fidem ſu am eſſe catholicã, nec recinere aut palinodiam canere ſuſtinuit, vtvt fœde aberrans, ac turpiter à vero delapſus. Maluenda itaq; tunc intulit. Obnoxius ergo crimine mortali fidẽ amiſit omnium articulorum credendorum, cum hæc ſit fides catholica. Hoc fatẽte Bucero, per rexit Maluenda luculentiſsime, nedum eruditiſsime, hominis inſcitiam prodere omnibus non tam ridendam, quàm deflendam, ſicq; pugnat. Quicumqúe ergo mortali quopiã diſtinetur admiſſo, non credit Deum eſſe trinum & vnum, neq; Chriſtum eſſe filium Dei, neq; humani generis redemptorem, nec deniq; natum, in crucẽ ſublatum, à mortuis reducem &c. Hæc enim ſingula ad fidem pertinet catholicã, atq; ad ſymbolum. Iſtæc omnia Bucerus, quando medius teneretur, nec rimam, qua elaberetur, inueniret, non impudenter modo, ſed impie quoq; recepit ac faſſus eſt. Vnde Maluenda progrediens hoc modo vrgebat hominem oppido quàm acute & docte.

Qui

Qui fidē ōnium articulorum amittit, hic Deum esse non credit, at tu cōcesseras, illapsum in genus aliquod mortiferi criminis, amittere fidem omnium articulorum, non credit itaque, quisquis peccat mortaliter, Deum esse. Id quod quàm sit absurdum, & à vero alienum vel id argumento est, quod assensus huius articuli, Deus est, non tollitur per quoduis mortale vitium, sed dumtaxat assensu contrario, quo videlicet quis credit Deum non esse, quia contraria pelluntur ac submouentur non nisi suis contrarijs, vt voluntas furandi, hominem necandi, stuprum designandi, & id gen' alia, voluntate non furandi &c. Quamobrem falsus es, dum adstruis sustolli fidem catholicā, quæ est assensus omnium articulorum fidei, quouis crimine lętali. Videtis candidi lectores, quo detrusus est hic, qui multis, tantum non Deus aliquis est habitus. At is rursus se captum videns, funem non reduxit, nec sententiam mutauit, sed in ea hęsit pertinaciter, qua erit cæcutientia, ne dicam, malitia,

atq3

atq3 asserere non desijt peccãtẽ mortali ter, nõ credere Deũ esse. Quocirca Malũẽda vt hãc stultã ac arrogãtẽ seu potiꝰ impiã opinionẽ animo illiꝰ eximeret, ac veluti de pulmõe (vt habet parœmia vetus) reuelleret, ipsamq3 rei veritatẽ strẽnue defensa tã oĩbus ꝑsuaderet, exẽplo quodã cúm primis manifestario ac luculento, é locupletisimo scripturarum penu deprompto, adeo clare ob oculos nobis ponit Buceri lapsum, vt vehementer cæcum esse oporteat, qui eum non conspicetur dilucide. Paulus (inquit) persequens Christi ecclesiam, ac minarum & cædis spirans, peccabat mortaliter, nihilo tamẽ seciꝰ Deum esse credebat, legẽ illiꝰ à Mose latã, ac inuulgatã adeo salubrẽ esse habuit ꝑsuasum, vt illiꝰ tuẽdæ ac stabiliẽdæ studio & zelo Christianos hostiliter ac acriter fuerit ꝑsecutꝰ, quomodo igitur tu asseris mortaliter peccantẽ, credere Deum nõ esse? Quis iam nõ cernit, quàm absurda, & à veritate Theologię aliena parit Lutheranorum fides qua certo statuit quispiam, ac firmiter credit pec-

peccata sua remissa sibi esse ꝑpter Christum? Hęc huc adscribere ex congressu Maluędæ cum Brentio & Bucero in po- Anno. D. stremo cõcilio Ratisponæ coacto prop- 1547. terea mihi visum est, vt quotquot sectæ Luthericæ subscripserunt, ac Bucero veluti chori ipsi' præsultori ac principi tanquam viro totius orbis eruditissimo, nedum victori maxime strennuo (n m his eum ornarunt multi encomijs ac fastuosis titulis) sese erudiędos commiserunt, persuasi illum χρησμοὺς λέγειν hoc est, oracula loqui, ac indubitata. Iam tãdem videant quanto fuerit consultius, ac suis animabus futurum vtilius calculum tempestiuius, dum licet, reducere, sententiam in diuersum mutare, ac obuijs catholica dogmata amplecti vlnis, quàm tam densis tenebris inuolutos exitium nunquam desiturum sibi temere arcessere, & conscisere, ac tã cęcos habętes duces, in gehẽnæ ignis foueam precipites sese dare. Quod ne fiat vnq̃, faxit De' Opt. Max. cui sit oĩs gloria in æuũ. Amẽ. Iã cõpẽdio dissertã, de certitudĩe gratię et remissiõis com-

commissorum aduersus Lutheranorum opinionem, contendentium debere nos certo statuere, ac firmiter absq; omni hæsitatione credere, habere nos Deum propitium, fauẽtem, ac remissa esse propter Christum vniuersa peccata nobis. Nam hanc statuunt fidem iustificantem, cùm nihil minus sit, quẽadmodum docuimus satis diffuse ac copiose. Sed ca put adgredior.

CAPVT XIX.

Caput. 19. de certitudine gratiæ, ac commissorum ignoscentiæ.

QVamquàm infinita pẽ né sint sacrarum literarum loca, quibus reuinci possit, neminẽ citrà peculiarem numinis reuelationem, certo scire remissa sibi esse crimina, ac sibi Deum fauere, mihi tamen animus est, pauca solum ex his, eaqúe luculentiora, & efficaciora, in prçsentia huc referre, haud nescius quàm sit grata omnibus breuitas, quàmque facilius & percipi, & in memo

riam

niam tenacius inſeri, ac traijci queát, quę breuiter ac ſuccincte traduntur. Auſpicabor ergo hanc telam texere, vt tandem pertexam, ac coronidem his adijciam, idq; à diui Iob teſtimonijs, qui ſic habet. Si venerit ad me Deus, non videbo eum, ſi abierit, non intelligam. Venit Deus ad hominem per ſuæ gratiæ infuſionem, abit per peccatum eandem gratiã ſubtrahendo, ſuamq; gratioſam præſentiam. Horum vtrumq; fatetur Iob ſe ignorare. Quomodo queam' ergo nos, qui multis ſcatemus flagitijs, citra arrogantiæ notam, affirmare certoq; ſtatuere, Deum nobis eſſe propitium, ac nobis noſtra condonaſſe peccata? Subnectit his Iob. Et cúm inuocantem exaudierit me, non credo, quód audierit vocẽ meam. Rurſus, Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me, ſi innocentem oſtẽdero, prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tędebit me vitæ meæ. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti. Si lotus fuero,

iob. 9. Deus venit ad illum, qui diligit eum, & mandata eius ſeruat ioan xiiii. Neſcit ita quę homo num Dei ſeruarit mandata nec non eò ita num gratiam Dei habeat neceſſe eſt eum ignorare.

quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ, manus meæ, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Hæc de se extulit D. Iob, vir omnium insontissimus, nec ausus est sibi certo statuere Deum esse propitium ac sua sibi remissa esse cõmissa. Nõne ergo maximæ fuerit arrogãtiæ, si qs nostrum id audeat sibi polliceri? Eodẽ ptinet illud cõcionatoris. Nescit homo vtrum amore, vel odio dign' sit, sed õnia in futurum seruãtur incerta. Reclamas inquiẽs, hæc in Hebræo non legi, nec græca traductione, nec deniq; in versione D. Hieronymi. Finge non haberi, licet verisimile sit in Hebraicis olim fuisse hæc exemplaribus, quando illa interpretatus sit Hieronymus, textus iste ab ecclesiæ Christi proceribus multis retro sæculis est receptus, sine quorum calculo ac comprobatione Tertullianus asserit, nec Euangelia sacra esse Dei verba constare, nec Augustinus illis fidem habere sese affirmarit. Quis adeo cæcutit, atqúe desipit, vt non arbitretur longe æquius esse, nedum

Eccles. 9.

dum consultius ac tutius, comprobatis ab ecclesia columna omnis veritatis, accedere, eaque amplecti & tueri, quàm Lutheranis bis per omnia ab vero dissenti, entibus subscribere? At Hierony. pstat audire eundem locum enarrantem his sanæ verbis. Porro hic est sensus. Etiam in hoc dedi cor meum, & scire volui quos Deus diligeret, quosq; is odisset. Et inueni iustorum quidem opera in manu Dei esse, & tamen vtrum amarentur à Deo, an non, nunc eos scire non posse, & in ambiguum fluctuare, vtrum ad probationē sustineant, quæ sustinent, an ad supplicium. In futuro igitur scient, & in vultu eorum sunt omnia, id est, antecedet eos, cùm de vita hac discesserint, notitia hui' rei, qa tunc est iudicium, nunc autē certamen. Hæc Hiero. cui pientissimus quisq; credet potius, quā coryphæo Lutheranorum Bucero, aut cuiq; illius farinæ & factionis, maxime cùm commentarius ille, quem glossam vocamus interlinealem, illius probat sententiam, nec is solus, sed Albinus Anglus quoq; Bedæ

Hieronymi tamen & LXX. trāslatio sensu & si nō uerbis cum nostra translatiōne concordat sicut & Symmachus.

Discipulus, Hugo Cardinalis, Gulielmus de Anchona, & Diuus Bernardus sermone, 2. in octauis Paschæ his verbis. Quis vero hominum scit, si est dignus amore vel odio? Ad hæc accedit Salomon dicens. Quis potest dicere, mundū est cor meum, purus sum à peccato? Nec aliud sibi voluit Ecclesiasticus, cúm dixerit de ꝓpitiatu peccatorum, noli esse sine metu. Porro nec aliud voluit Dauid in Psal. 18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Nec aliud sibi voluit Ioel dicens, Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Corroborat hæc D. Gregorius dicens. Ante terribile atq; incomprehensibile examē non solum mala, quæ commisimus, sed ipsa etiam, si qua in nobis sunt, bene gesta timeamus. Quia sæpe in iusto iudicio culpa esse deprehenditur, quod virtus ante iudicium putatur. Et vnde expectatur pia merces, inde supplicium sequitur iustæ vltionis. Nonne vides hærere atq; ambi-

prouer. xx Eccles. v.

Ioelis. ij.

Lib iii. ca. v. moralium expo. in iob.

ambigere, an Deus sit nobis propitius, aut an illius gratiam sumus adepti, nō est illicitum, aut nefas? De Dei misericordia illa immensa, & inexhausta, aut diuinorum promissorum impletione, hæsitare non est fas. In nobis caussam formidinis, & hæsitantiæ comperies facile, vt in Deo fiduciæ spei q3 certissimæ. Firmā salutis spem concipere debent Christiani, non euidentiæ certitudinē. Credere quoq3 tenentur remissionē peccatorum esse promissā omnibus vere riteq3 pœnitentibus, at num tu pœnitentiā adhuc peregeris, ac dignum aptumq3 sis receptaculum gratiæ & misericordiæ diuinæ, ambigere poterit quisq3. Vir erat (vt inquit D. Hieronym.) iustus Ezechias, & corde perfecto iturus erat ad dominum, plorare non debuit. Quæris rationem fletuum? Si cogitaueris hominem, non miraberis caussas doloris. Nullus enim intrepidus vadit ad iudicium Domini, habens conscientiā peccatorum. Quemadmodum precatus est & Dauid inquiens. Non intres in iudicium cum seruo tuo

Ezech. 18
ioelis. ij
Epi. XVI. aduersus hæres. pelag.
psalm. xlij

Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ezechias itaq; atq; Dauid hęsitarũt de sua ipsorum dignitate, deq; admissorum remissione, & tu secur' metuq; õni liber, dormies in vtrãq; (vt vetus est dicterium) aurẽ? Illi viri maximæ sanctimoniæ ac ꝓbitatis merito cõspicui, nõnihil ãbigebãt num Dei mia essent potiti, & tu absq; omni ambiguitate audes eã te adeptum affirmare? Vide etiã atq; etiã, ne arrogantiæ nota, vel hoc noĩe nõ iniuria queat tibi inuri, ac cum fastuoso illo Pharisæo insolẽs ipse male audias. Nõ hæc dico, qđ nolĩ hominẽ in bonã erigi spẽ, nactum se remissionẽ peccatorum, posteaq; pœnitudine tact', nihil, qđ sciat, sinit obniti gratię impartiẽdæ, versat in animo secum veteris vitæ abolitionẽ, atq; nouæ institutionẽ, adit sacerdotẽ, atque ab eo absolutionẽ suorum criminum recipit. Hãc doctrinã Christ' & illi' Apostoli docuerunt. Hãc prisci patres, viri cũ doctissimi, tum optimi illorũ autoritate subnixi orbi Christiano inuulgarunt. Hac quisquis fidit ac

nititur

nititur, tutus ſecuruſq; cõſiſtit in via vitæ huius lubrica, atq; ſalebroſa quidem illa. Hæc homines inducit, ne inſoleſcãt, Lutherana inſoleſcẽdi anſã prebet. Hæc pauidas ac mœſtas hominum cõſciãs cõ ſolatur, Lutherana contra deijcit. Hæc ſanat vulneratas conſciẽtias, Lutherana vulnus infligit ſanis. Hæc in ſpẽ bonã erigit mœrore ob ſcelera deiectos, Lutherana, erectos in deſperationem adigit. Hæc ãtiquiſsima eſt Theologorum oĩm ſaltẽ piorũ doctrina, Luherana vero nupera, ac ab Lutheri officina intra trigĩta ãnos ꝓfecta. Leberide ergo aut talpa cæciorẽ eſſe oportet, qui hac doctrina habita cõtẽptui, ac penit' valefacta, velit Lutheranã hac de re ãplecti, ſeq; tueri. Cęterum ꝑſtiterit iã hæc miſſa facere, atq; ꝓgredi ad reliq̃, ne vltra iuſtã magnitudinẽ volumẽ iſtud excreſcat, ſicq; nauſeãciat lectori ſua ꝓlixitate. Dauid ſic Deũ cõpellat, Incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi, q̃ verba Aug. explicãs inquit. Quæ occulta? q̃ De' ignoſcit, & talib', nihil tã occultum, nihil tã incertũ. *Pſalm. L.*

Ad

Ad hoc incertum, Niniuitæ pœnitentiã egerunt. Dixerunt enim, quàmuis post minas prophetæ, quàmuis post illam vocem, Triduo & Niniue subuertetur, dixerunt apud se petendam esse misericordiam, dixerunt apud se ita disceptantes. Quis nouit, si Deus flectat in melius sententiam, & misereatur? Incertum erat, cùm dicitur, quis nouit? De incerto pœnitentiam egerunt, & certam misericordiam meruerunt. Hoc incertum Deus patefecit Dauidi per prophetã illi dicẽtẽ. Dimissum est tibi peccatum, hincq3 ait, Incerta & occulta &c. Quis nõ clare cernat ex hoc Dauidis testimonio atq3 Augustini adnexa illi enarratiõe, certo constare posse, nemini condonata illi sua scelera citra peculiarem Dei illustrationem atq3 commonefactionem? Spe bona alebantur Dauid, & Niniuitæ, ac certa quadã fiducia subnitebãtur, quòd Deus illis ignouerit suas noxas, sed non prodit scriptura illos id certo sciisse, aut firmiter statuisse absq3 omni ambiguitate, nisi quòd Dauidi retexisse id Deum

per

per Natham ſcriptura nō reticet. Quid vero opus eſt de hac tam multa efferre, cúm Lutherus ſibi aduerſatur ipſe, ſuoq; ſe gladio confodit, ac iugulat? Is enim affirmat, neminem certo ſcire poſſe ſe nō delinquere ſēper mortaliter propter occultum ſuperbię vitium. Quód ſi id verum ſit, qúi cohæreat debere homi nem certo ſtatuere, ac firmiter credere remiſſa ſibi eſſe peccata, & gratiam ſibi Deū elargitū, cū is reſiſtit ſuperbis, & humilibus dat gratiā? Quid hoc eſt, ſi nō ſit à ſeipſo diſsidere Lutherū, & pugnátia incogitantius effutire? Nonne cenſendus eſt iſte dignus, qui de controuerſis religionis Chriſtianæ rebus diſſerens audiatur, opera illi, tanquam præceptori detur rem theologicam profitenti, ac tantum non pro Deo quoquàm habeatur? Quis cordatus dixerit huius induſtria ac ſtudio veritatis lucem diu extinctam, iam denuo illuxiſſe terrarum orbi, ac veluti poſtliminio ad nos redijſſe? Vehementer demirarer hunc potuiſſe vnquàm tot, tanque populoſam ac nume-

Lutherus ſua perit armis, ergo his ut dicitur interimitur.

iacobi. 4.

ro

rosam sibi colligere, atq3 in suum disci-
plinatum adscisc ere hominum turbam,
nisi probe scirem multo maximam ho-
minum frequentiam propẽdere ad car-
nis studia, ac facillime illici posse in illi⁹
sententiam, qui facilia oĩa, ac carni plau
sibilia conetur persuadere. Homines
enim solent suis adblandiri vitijs ac ob-
uijs (vt aiũt) vlnis, quę libidini grata sint
amplecti, ac pro his tanquàm pro aris
(quod vulgo dici solet) ac focis depug-
nare. Quod Diuus Hieronymus olim
obiecit Iouiniano sese venditanti, quód
plurimos haberet sibi adglutinatos di-
scipulos. At quo sum digressus, pro-
missæ breuitatis oblitus? Recipiam ita-
que me ad rem institutam, Danielis ca-
pite quarto legimus, prophetam illum
Nabuchodonosori consuluisse, vt elee-
mosynis peccata redimeret, & iniquita-
tes suas misericordijs pauperum, nõ cer
to pollicens illi veniam delictorum,
licet præscius rei illius futuræ, sed ait,
forsitã ignoscet tibi Deus delicta. Cúm
dicit forsitan (vt autor est Timothe-
us

us Episcopus ad ecclesiam catholicam) spem indicat, non pollicetur fiduciam. Dat consilium de actu, & tamē dubitat de effectu. En incerta est admissorum condonatio prophetæ & Timotheo. Id quod Hieronymo Danielis hunc locum edisserenti non displicet, quo nomine non puduit Melancth. virum sane frontis pene nullius, Hieronymum traducere, & errati notam impingere illi, cui vel matulam porrigere est indignus, si aut morum candor, aut eruditio hominis spectetur. Verum satius est Hieronymi verba huc referre, quæ sic se habent. Cúm beatus Daniel futurorum præscius de sententia dubitet, rem faciunt temerariam, qui audacter peccatoribus indulgētiam pollicentur. Hæc Hyeronymus, cui cordatissimus quisque fidem potius quam Luthero est habiturus, satis certo scio. Nec aliud sunt facturi, qui rem ipsam, positis & valere iussis omnibus siniſtris affectibus, qui obluctantur maxime recto iudicio, æqua lance haud grauabuntur pensitare. Clamat Iocl

el & Niniuitæ apud Ionàm, quis ſcit, ſi conuertatur. Deus, & ignoſcat. Et Lutherus é regione vociferatur, debere neminem de admiſſorum indulgentia quicquàm ambigere. Sed id impientiſſime illum facere quis neſcit? Ad hãc pertinet formã, quod Acta apoſtolica produnt Petrum dixiſſe Simoni Mago, qui ſpi. ſanctum cupiebat pecunia ſibi commercari. Age, inquiens, pœnitentiam ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. Non ait Petrus. Crede tantum, ac certo ſtatue tibi remitti ſcelus iſtud, vt alia propter Chriſtum, ſed age pœnitẽtiam ob hoc flagitium, ſi forſitan illius aſſequaris veniam. Certo non pollicetur ei etiã tacto pœnitentia, nedum credenti tantum, Petrus admiſſi ſceleris remiſſionẽ, quam Lutherus credenti ſolum promittit. Accedit his D. Paulus dicens. Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum iuſtificatus. Nonne hic a me ſtat Paulus luculentiſsime. Ille enim nullius deſignati mali facinoris conſcius, non audet affir-

Ioel. 2. Iona. 3.

Act. VIII

affirmare se iustum esse, ac condonata sibi scelera. Et quoniam non sum nescius, hunc Pauli locum à suo genuino distorqueri sensu, ne inseruire videatur catholico huic dogmati constabiliendo, operæprecium erit aliquot maximè ido neorum interpretum huc adscribere sententias, quibus æquius est subscribere, quàm Luthero, primo autori huius dogmatis, præsertim nullo cùm sit subnixus scripturę testimonio genuine enarrato. Primus prosiliat Gagnęus ille Parisinus Theologus non infimus, qui in eruditis suis in hũc locũ scholijs sic habet. Nulli' mihi culpę cõscius sũ, sed nõ in hoc iustificatus sum. Fieri enim potest, inquit quidam græcus, cuius hic verba vertimus, vt nullius mihi culpę sim cõscius, aliqua tamen lateant peccata, ergo cùm iustificatum esse, & in gtatia esse idem sint, miror quorundam errorem alioqui non imperitorum, qui dicant peccatum esse, si quis ambigat iustificatum se esse, & in gratia, cùm Paulus nullius sibi criminis conscius, id sibi pol-

liceri

liceri non audeat, hacten' ille. Cęterum ne huius authoritatem tanquã nouam ac nuperam, quis contemptui habeat, licet illa sit non æquanda modo, sed longe quoq3 anteponenda Lutheri authoritati, audiat is Theophilacti hac de re iudicium, limatùm sane illud & excussum. Is sic scribit. Nec sane mihi vllius sum facinoris conscius, neq3 ob id tamẽ sum iustificatus, hoc est, haud tamẽ sum peccati expers, & purior redditus, consętaneum enim est me aliqua commissa commisisse, & esse me commissorum ignarum. His pro me quid aperti' dici potuit? Nonne plus ponderis debet habere apud Christianos pij huius ac perdocti viri autoritas quàm Lutheranorum. Cui patrocinatur D. Chrysost. in eundem locum inquiens. Quid igitur dicẽmus? Quód accidit hominem in quibusdam peccare, quæ peccata esse ignorat, hinc considera, quanta sit futuri iudicij diligẽtia. Itẽ paulo infra ait, Neq3 ego aliquid mihi conscius sum, sed neq3 sic iustificatus sum, hoc est, non sum propterea

Theophil.

Chrysost.

rea liber à crimine, quin redditur' ſim ra tionem. Non enim dicit, qđ iuſtis ſum ad numeratus, ſed qđ nõ ſum mundus à pec catis. Neq; meipſum (inquit Paulus) iu dico. Chryſoſt. præterea neq; corinthi os tãtum, ſed ſeipſum quoq; hoc priuat iudicio, quod cognitione ſua maius eſ ſe atteſtatur. Rurſus, Neque enim ſe ſuf ficere inquit ad huiuſmodi inueſtigatio nem. Quòd ſi in quibus ipſe (inquit) pec caui, nihil certo mihi conſcius ſum, quo pacto dignus fuero, qui de alijs feram ſẽ tentiam? Qua autem ratione, ſi res meas non ſatis exploratas habeo, aliena pote ro dijudicare? Quod ſi Paulo hæc con tingebant, longe magis & nobis. Quòd ſi hũc nihil cõſciũ, reũ eſſe inquit, multo magis, qui multorũ ſibi cõſcij ſunt. Ade o perſpicua ſunt hæc Chry. verba, vt qui illis repugnare velit, is aduerſus ſolẽ lo qui (vt eſt in ꝓuerbio) nõ immeriro dice retur. At Hier. de hoc loco ſic pronũtiat Nihil mihi cõſci' ſum. &c. Qui hoc dice bat, nulli' vtiq; peccati ſibi cõſci' erat, Sed quia legerat, Delicta quis intelligit?

Tomo 2. Hieronymus lib. 2. dialogorum aduerſus Pelagianos.

Et:

Et, Sunt viæ, quę videtur viro iustæ, no uissima autem harum respiciunt in pro fundum inferni. Et iterum, Omnis vir si bi videtur iustus, Deus autem corda ho minum dirigit. Idcirco temperabat sen tentiam, ne forte per ignorantiam deli quisset, maxime cùm scriptura testetur. Est iustus, qui perit in iustitia sua. Et ali bi. Iuste quod iustum est, sectaberis, ne opiniõe veritatis à iustitia declinemus, recordantes Saulis & Achan. Hæc Diu' Hieronymus, cãdidum suum nostræ sen tentiæ apponens calculum. Nec aliam fu isse sententiam D. Gregorij, hæc eius verba indicant. Verebar omnia opera mea. Ac si humili cõfessione diceretur. Quæ aperte egerim, video, sed quid in his latenter pertulerim, ignoro. Scien dum vero est, quód viri sancti ita incer ti sunt, vt confidant, atq; ita cõfidunt, vt tamen ex securitate non torpeant. Quia ergo plerumq; mens & impensa rectis actibus trepidat, restat, vt post quàm bonum opus agitur, lachrymæ ex piationis exquirantur, quatenus ad æter

Psalm. 18. prou, 14. prou, xxi Eccle, VII

Cap 26, et XXVII in Iob. 9.

na

na præmia meritum recti operis ſub-
uehat humilitas poſtulationis. Hæc ille,
noſtram nonnihil confirmans ſententiã,
ac diuerſam ab ea infirmans. Beda quo-
q3 noſtras ex Auguſtino hæc ſcribit in il
la Pauli verba. Sed neque meipſum iudi- 1 Corin. 4.
co. Tãtam autem profunditatem credit Tom. 2. de
eſſe in homine, quæ lateat ipſum homi- ſpi. & ani
nem, in quo eſt &c. Suffragatur his Au- ma cap. 59
guſtinus dicẽs. Ego veró in regione vm-
bræ mortis neſcio finem, neſcio ſi dign⁹
ſim amore vel odio, neſcio quando de
corpore egrediar. Iam vero quòd multi
hunc locum Pauli, nempe, Nihil mihi cõ
ſcius ſum &c. referunt ad cauſſam iuſtifi
cationis, quæ ſit remiſsio peccatorum,
perinde ac ſi Paulus ſenſiſſet, ſe nõ ideo
iuſtificatum fuiſſe, atq3 adeptum veni-
am admiſſorum, quòd nullius criminis
fuiſſet ſibi conſcius, quis non videt eſſe
ſuffugium tantum quoddam commen-
tium ex illorum officina profectum, ne
cogantur victi agnoſcere ipſam verita-
tem, nimirum fas eſſe, immo pium ac ne
ceſſarium, vt optimus quiſq3, cui Deus

certam rei cognitionem non inſpiraue-
rint, de remiſsione admiſſorum certus
non ſit? Quod vero commẽtum ſit iſtud
vel hinc liqueat, quód de cauſa iuſtifica-
tionis à peccatis ne verbum quidem illic
protulerit Apoſtolus, ſed ibi egit dum-
taxat, penes quem eſſet de ſeipſo ferre
ſententiam, vtrum bonæ fidei fuiſſet di-
ſpenſator creditorum ſibi à Deo, an ma
le, oſtendẽs hominis nullius eſſe hac de
re pronunciare, ſed Dei ſolius, quando
ipſe de ſeipſo non audebat certo ſtatue
re quicquàm in alteram partem, cúm ta
mẽ multo certius nouerit ſe, quàm alius
quiſpiam. Eraſmus Roterod. paraphra-
ſtice hunc locum enarrans mea quidem
ſententia germanum reddidit ſenſum in
quiens. Tantum abeſt, vt homines de ho
minis conſciẽtia recte iudicare poſsint,
vt nec de meipſo auſim pronunciare, an
laudem merear apud Deum, necne. Ip-
ſe ſiquidem pro viribus adniſus ſum, vt
officio delegato ſatisfacerem, nec vllius
fraudis mihi cõſcius ſum, at non hinc au
ſim mihi vendicare iuſtitiæ laudem. Si-
quidem

Ignatius epiſt. prima, Eligopati, ſed neſcio an dignus ſum.

quidem fieri potest, vt imprudens, siue excedens, siue deficiens fecerim aliquid secus quàm oportuit. Id cùm soli Deo sit cognitum, hunc vnum habeo officij mei iudicem. Hæc ille, cuius autoritatẽ nõ propterea visum est citare, quòd eam in rebus theologicis multi arbitrarer ducendam, sed quòd insistens patrum, qui hunc sunt locum interpretati, vestigijs, genuine verba Pauli enarrauerit, quódque non nescierim apud aduersarios meos in precio esse illius iudicium. Sed rursus ad institutum redeo, atq; illud Ioannis oppono meis aduersarijs. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis. Nõne vides perstrictos esse meos aduersarios his Diui Ioannis verbis, qui iubent Christianis, vt certo statuãt, & pronuncient sese omnis peccati esse expertes, posteaquàm crediderint sibi peccata esse remissa, ac se in gratiã Dei propter Christum recipi?

Cap.20. de his, quæ ab aduerſa parte ſtare ſunt viſa, cúm minime id faciãt.

IAM ſupereſt candide lector, vt diluamus quę aduerſarij ſolent obijcere, idq; quanto liceat compendio ac breuitate, haud ignari qúã gratus ſit omnibus Laconiſmus & breui loquentia. Primo igitur illud Chriſti, Omnia, quæcúmq; orãtes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis, viſum eſt illis cogere, vt fateamur debere nos certo ſtatuere & firmiter credere, quòd cúm orando petimus remiſsionem peccatorum, impetramus eã, & ita certi eſſe poſsim', nobis Deum ignouiſſe noxias noſtras. Hic nodus nullo pené negocio diſſolui poteſt, ſi dixerimus, debere quemlibet Deum ſollicitantem precib' in boná erigi ſpẽ atq; fidere ſeſe exoraturum, quod precationibus à Deo ambierit, quia indigens ſapientia (vt inquit D. Iacob') debet poſtulare eam à Deo, nihil

Marc. 11. Credere oportet quod orantes Deus exauditurus ſit, ſed an audiuit precantes, nemo certo ſcit, licet ſpe bona fulciendus ſit animus adſequutos nos eſſe poſtulata.

Cap. 1.

nihil hæſitãs, nam quiſquis hæſitat de impetrando, nihil impetrabit. Quód hoc ſenſit quoque Chriſtus ſupra citatis ex Marco verbis, proxime antecedens ſententia aperte ſatis oſtendit, nempe hęc. Amen dico vobis, quicunq; dixerit mõti huic, tollere, & mittere in mare, & nõ hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat, fiet ei. Videmus exegiſſe Chriſtum à nobis precãtibus ſpem ac fiduciam, ne ambigamus, aut de impetratione quicquàm dubitemus, eandem debere quemuis habere, vt fidat ac ſperet ſe eſſe iuſtũ, ſuaq; peccata ſibi eſſe à Deo remiſſa, aut ſaltẽ remittẽda, nemo ex catholicis it inficias, ſed omnes conſtanter diffitentur fidem iuſtificãtem eſſe, qua certo ſtatuat quis, ac firmiter credat Deum ignouiſſe ſibi ſuas noxas, quemadmodum pernegant hominem vllum certo ſcire certitudine euidentiæ, ſe adeptum eſſe diuinam gratiam, inque ea perſiſtere, licet fidere ac ſperare iſtæc non prohibeant. Quin & illud Pauli Apoſtoli arbitrantur ſuæ pa-

trocinari ſententiæ. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? quaſi dicat, nullus. Certo itaque ſciebat Paulus non ſolum gratia Dei ſe potitum eſſe, ſed in ea quoque ad obitum, extremaque funera perſtaturum. Huic reſponſum ſit, Paulum eadem certitudine, qua ſciebat ſe adeptum Dei gratiam ac remiſſionem commiſſorum, nempe ſpei, fiduciæ, ac probabilis cuiuſdam coniecturæ, dixiſſe neminem ſe à Dei dilectione auulſurum, vt eum non pergat amore proſequi, donec ſuperſtes fuerit. Sed quid hæc ad certitudinem euidentis notitiæ? Nec aberrabit, quiſquis dixerit Paulum diuini numinis adflatu & reuelatione admonitum, hanc de ſe tuliſſe ſententiam, qua ſine non auſus fuerit ſibi iuſtitiæ laudem vendicare, vt ſupra diximus ex primo Corinthiorum quarto. Nihil mihi conſcius, &c. Audi enim quid Baſilius de hoc ſentiat. Illud ſane (inquit) non leuis eſt momenti, vt aliquis de ſeipſo teſtificetur, & dicat, ſpiritus Dei eſt

De ſpi ſ. cap. 26.

in

in me, & per gratiam illius ſapiens factus reſero gloriam. Nam hæc vox Paulum decet. Videor (inquit) & ego ſpiritum Dei habere. Hęc ille, indicans iſtud eſſe veluti quiddam Paulo peculiare, vt dicat ſe Spiritum ſanctum habere, non omnium citra delectum iuſtorum. Idem alibi docet quomodo quis certior fiat de remiſsione peccatorum ſuorum dicens. Quomodo certificatur anima, quód Deus illi dimiſerit peccata? Reſpondeo non credendo tantum, ſed agendo pœnitẽtiam, & peccata agnoſcendo, ea odio proſequens, atque abominans. Ait enim. Si contemplabitur ipſum in affectu eius, qui dixit. Iniuſtitiam odio habui, & abominatus ſum. Qui enim pro remiſsione peccatorum noſtrorum vnigenitum filium ſuum demiſerit, quantum in ipſo fuit omnibus anticipando dimiſit. Rurſus idem. Cúm quis, aut ob propria, aut aliena peccata indoleat, triſtetur, defleatque ea & agnoſcat, tunc certus ſit, quód à peccato purus exiſtit.

Theophilactus Spiritu ceu arreptus ſic fatur Paulus Quia nos, &c.

Queſt 12. compendio explicata.

Queſt 296

Hacte

Hactenus ille admonens nos, quomodo ſpem bonam alere liceat, remiſſa eſſe nobis noſtra ſcelera. At ad Paulum me recipio, vt quæ ex illo citata ſunt verba, aliter illuſtremus. Nam is mihi contextum aliquãto diligentius excutienti, videtur eſſe loci illius ſenſus ſimplex ac natiuus, nimirum illum certo ſtatuiſſe ac perſuaſum habuiſſe, nullius rei vi aut impulſu, potuiſſe ſe ab amore erga Deum tam bene meritũ diſtrahi aut auelli inuitum ac renitentem, quanquàm nihil id prohiberet illum ſe ipſum potuiſſe à Dei dilectione ſeiungere per peccatum, quia liberi erat arbitrij, & proinde ad virtutes neceſsitate non trahebatur. Alioqui quorſum illud, Caſtigo corp' meum, & in ſeruitutem redigo, ne cùm alijs prædicauero, ipſe efficiar reprobus, & petitio vt ſtimulus carnis auferretur? Iam vide quã ſpem collectionis rectę habeat hoc argumentum. Paulus affirmabat nullius rei violentia ſe potuiſſe à Chriſto amando diuelli, ergo debet quisque certo ſtatuere ac firmiter, ſibi remiſſa eſſe peccata

Hieronym. 9. Corin. 9 Eſai. 59. Peccata noſtra diuiſerunt inter Deum, & nos, at peccatum quoduis eſt ſponta neum, ergo nemo mutuo di

ob

ob solã fidẽ, ac scire se euidẽter sibi gratiam esse à Deo impensam, vt de his nefas sit ambigere quicquàm. At certitudinem sui erga Deum amoris, eiusq; magnitudinem exprimit pauló post subnectens hæc. Certus sum, quód neq; mors, neq; vita &c. poterit nos separare à charitate Dei &c. Ad illud diluendum sunt nec infimi nominis Theologi, qui dicunt Paulum certitudine spei, probabilis conieçturæ, aut potius diuinæ reuelationis admonitiõe, istæc de se extulisse, quemadmodum Diuus Ambrosius locum hũc interpretatur legens. Confido, pro eo quod vulgata editio habet, certus sum. Is ait cõfidentia hæc de sponsione Christi est, qua promisit in tribulatione adiuuare sibi dicatam fidem. Hæc ille. Origenes. Veruntamen ex his omnibus ostendit suæ salutis confidentiam, nec ex vllo tot aduersariorum capere metum, quia perfecta charitas mittit foras timorem 1. Io. 4. Hæc ille in hunc Pauli locum, idq; propius ad græcã dictionis πέπεισμαι ætimologiam ac veriloquium. Confidebat

uellitur à Deo.

Cum docet Paulus hanc certitudinem à nostra in Deum manare dilectiõe, quo nam pacto hinc colligatur fidei solius certitudo, dispiciant lectores.

bat ergo Paulus ac persuasum habebat, se tot beneficijs totq́ꝫ pignoribus Deo ac Christo obstrictũ, nulla malorũ procella potuisse ab illorũ amore distrahi, vt non redamaret, sic adamatus. Sunt tamen Theologi non pœnitendi, qui de amore poti' quo Deus nos prosequitur, quàm quo nos illum, intelligút, vt sit sensus. Deus nos tam flagranter dilexit, totq́ue beneficia in nos immerentes cumulauit, vt nihil sit tam potens & efficax, quod possit nos distrahere à charitate, qua cõglutinamur illi, quaq́ꝫ ille nos prosequitur per Iesum Christum filium eius Dominum nostrum. Verum quomodocúmq́ꝫ intelligatur hic locus, raro, qui istud de se dicat, inuenitur. Magna enim dicit (vt ait Chrisost) nos illa non agnoscimus, quandoquidem tantam dilectionem non habemus. Subtexit vero Chrysost. sub finẽ enarratiõis huius loci, quod dilucide pro mea facit sententia, nempe hoc, Paulus ad Christum solum respiciens, vnum hoc timebat, nempe ne ab illius dilectione excideret. Verum de hoc

Deus enim charitatẽ suam nobis ostendit in Christo, dum tradidit illum pro nobis. Ambrosius in hunc locum, & gracascholia uersa à lonicero accedunt his uerbis. Nõ poterunt me separare à dilectione Dei qua mihi per Christum donata est

satis.

satis. Cæterum illud eiusdem Pauli, Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quód sumus filij Dei, magis videtur vrgere & suffragari manifestius aduersariorum opinioni, vt persuadeant hominem certo scire, se Dei gratiam adeptum esse. Taceo hic, quòd Ambrosius vult hoc testimonium spi. sancti proficisci ac pendere ex morum probitate, cũ illud Lutherani tribuant soli, nescio cui fidei. Perlibenter autem rogauerim ab istis, quã aliam ex hoc loco queãt statuere certitudinẽ, nisi probabilitatis, spei, confidentiæ, aut signorum, vt Ambrosius interpretatur? Porro q; cũ hac attestatiõe spirit' cõsistat timor quidã ac incertitudo salutis, quæ proxime antecesserãt facile cõuincunt. Mitto impręsentiarũ, hominẽ posse existimare spi. sanctũ testari spi. suo, quód sit filius Dei, & tamẽ nihil minus sit, quemadmodum superbus Pharisæus, Paulus Christi persequẽs ecclesiam. In quorum numero erãt quibus fuit persuasũ, se obsequiũ Deo præstare, si apostolos atroci' & hostili' pseqrẽtur.

Sed

Expende hæc dili genter.

Sed vt breuis ſim ac multa conferam in pauca, fiduciam conſcientiæ, aut illius certitudinem hic conſtitui, agnoſco libenter, ſed hæc longe diuerſa eſt à fiducia remiſsionis peccatorum, quæ Chriſti ſoli' nititur meritis, licet vtramq; habeat iuſtus quilibet oportet. De hac conſcientiæ fiducia illud Pauli accipe. Glori
2. Cori. iij a noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcienti æ noſtræ. Rurſus illud Ioānis. Filioli, nō diligamus verbo neq; lingua, ſcilicet tā tum, ſed opere, & veritate. In hoc cog
1. Ioan. iij noſcimus, quód ex veritate ſumus, & in cōſpectu eius ſuadebimus corda noſtra. Chariſsimi, ſi cor noſtrum non repræhenderit nos, fiduciā habem' ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quia cuſtodiuimus mādata eius &c. Item ait Ioannes. Qui ſeruat verbum, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. Hæc de fiducia bonæ conſcientiæ, vt alia qūā plurima ſacræ produnt literæ, de qua
Homilia. 3. in Matthæum. Chryſoſt. ſic ſcribit. Vnuſquiſq; noſtrū in nulla re alia ſpem ſuam, niſi poſt Dei miſe-

misericordiam, in morum sanctitate cõ
stituat. Fiduciam bonæ conscientię col-
ligamus. Ad hanc spei ac sanctæ conscię
tiæ certitudinẽ hortatur Diuus Petrus,
vt ex piorum candore ac honeste fa-
ctis nobis conciliemus, non ex fide sola,
vt Lutherani falso volunt. Is enim istæc
coniecit in scripta post recensita multa 2. pet. 1.
bonorum operum genera. Quapropter
fratres magis satagite, vt per bona ope-
ra certam vestram vocationem & elec-
tionem faciatis. Videmus hic doceri fi-
duciam bonorum operum, quamobrem
falluntur, qui solam fiduciam in nudam
Dei misericordiam admonent docen-
dam, non bonorum operum, vt quæ red
dat nos incertos, ac in dubitationem
perpetuam coijciat, nedum faciat, ne ve
ram Dei inuocationem queamus retine
re, vt Lutherani eblaterant, garriunt, nu
gantur. Credere tamen (vt supra dixi)
absque omni ambiguitate oportet, vere
pœnitenti peccata remitti, quia indubi-
tatæ sunt Dei promissiones, nec de vir-
tute clauium, verbi absolutionis, aut si-
milium

milium hæsitare fas est. Verum an nos simus idonei, qui rem promissam adipiscamur, aut an reipsa iam simus eam nacti, non licet modo, sed pium quoque quadantenus metuere. Nam fides, qua credit quispiam sua sibi scelera esse remissa, potest esse sæpe arrogans & erronea. Hæreticus enim frequenter tam certo statuit sibi remissa esse sua flagitia ac se iustum euasisse, quàm optimus quisque catholicorum, vt docet quotidiana rerum experientia. Fides itaque hæc, vt nec catholica est, ita nec homini necessaria, vt iustificetur His tamẽ non contentus, illud mihi Pauli obijcies. Scio cui credidi, & cert' sum, quia potens est depositum meum seruare in diem illum. Quàm nihil habeat hoc testimonium momenti ad Luthericam certitudinẽ asserẽdam, vel hinc liquet, quód Paulus locutus est de certitudine spei, confidentiæ, probabilis cõiecturæ, aut diuinæ inspirationis, vt Thomas est autor, aut, quod ipse verius existimo esse, Paulus testatus est his verbis, se

certo

certò scire, Deum posse seruare depositum, hoc est, aut fidem suam, aut gregem Christianum suæ fidei creditum atq3 commissum saluum in diem iudicij. Quis vnquàm ex piorum albo cœtuue hæserat, aut hærendum docuit, de Dei hac potentia? Porro autem illud ad Roma. 4. obijciunt. Ideo ex fide, vt secũdum gratiam firma sit promissio omni semini, & paulo supra. Si qui ex lege hæredes sunt exinanita est fides, abolita est promissio. Hæc Apostoli verba coactius & perperam intellecta, multos crassissimos ac turpissimos peperere lapsus, atque ideo compendiariam illorum ædere hic enarrationem non pigebit. Quod itaque posterius hic proponitur, ut prius habetur in Paulo, ita prius ediſſeretur his verbis. Si hi, qui mordicus sectantur Mosaicas cæremonias, quod genus sunt, circuncisio, sabbati obseruatio, ac reliquarum eiusmodi feriarũ, cibus discrimina &c. hæredes sunt promissę benedictionis, id est, gratiæ ac gloriæ, vel per legis obseruationẽ dum-

Rom. 4.

Lex præter tempus obseruata et fidem irrita facit, & promissionem impedit Christ. docẽs Paulum loqui de lege Mosaica iam abolita.

dũtaxat factã, absqũe fide in Christum, Legi enim fidem opponit hic Paulus, vt ait Chriſo. ac ſi ſine Dei grãtia liceat cuiqũã adipiſci gratiam Dei, remiſsionẽ admiſſorum, & gloriam cœleſtem, quod Iudæis erat perſuaſiſsimum fieri poſſe, vt liquet Roma. 9. & .10. vel denique, ſi meritorum ſuorum virtute atqũe auxilio poſsit aliquis prędicta aſſequi beneficia, irrita eſſet facta fides, & inanis pollicitatio Dei Abrahamo facta, nimirum hæc, In ſemine tuo, hoc eſt in Chriſto vt Paulus interpretatur, benedicentur omnes gentes. Hæc promiſsio eſſet antiquata & irrita effecta, ſi ex Moſaicis cæremonijs, vel ſola morali lege ſine fide, contingeret hæreditas gratiæ iuſtificationis & gloriæ cuiquàm, vt quæ nihil commodaret (iuxta græcanica ſcholia tradũcta à Lonicero) inefficax eſſet, nihil qũe efficeret, ſola lege vniuerſa ſuppeditante affatim. Sub hęc, ſi hæreditas per legem ſolam obtingeret alicui, tunc euacuata eſſet atqũe antiquata Dei promiſsio Abrahamo facta, tum quòd ad eam gen-

Origenes hac.

Gal. iij.

gentes legis expertes peruenire nequeant, quibus tamen facta est promissio, quia omnibus gentibus, tũ qđ ne ipsis quidem Iudæis tunc contingeret hæreditas gratiæ & gloriæ promissæ Abrahamo, quippe qđ lex irã operatur, id est, vindictã infligit illius trãsgressoribus, quales sunt omnes, qui ex ea toti pendent reiecta fide & gratia Dei. Vindictam, inquã, aut continuo ignibus cremari, aut lapidibus obrui iubens p̃uaricatores. Iram quoq; operatur lex, hoc est, indignationẽ æterni iudicis inducit, suppliciumque gehennæ irrogat, dum grauioris offensæ ansã præbet. Hæ pœnæ sũt ac maledictiones quædam promissę Abrahamo benedictioni cũm primis aduersæ, lexq; has infligit, non ergo promissa fœlicitas ex lege obtingit Mosaica, sed ex fide per gratiam. Iam alteram excutiamus Pauli sententiam, nempe hanc, qua potissimum nititur Lutherana certitudo gratiæ atque iustificationis. Propterea ex fide (sunt hæredes) vt secundum gratiam, firma esset promissio omni semini. Hic

Origenes.

Chrysost. Lex irã operatur. i. transgressioni obnoxios facit, & hinc execrationi ac supplicio, ut qui ex ea pendẽt merentur dare penas & expelli, tantum abest ut dig-

ni sint hæreditate Abrahamo promissa potiri.

aduersarij sedulo versant ac inculcant illud εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, hoc est, firma esset promissio omni semini, perinde ac si Paulina mens fuisset, ideo ex fide secundum gratiam contingere nobis promissam Abrahæ hæreditatem seu remissionē peccatorum & gloriam cœli, vt nos certo statuamus, ac citra omnem hæsitātiam nobis remitti nostra flagitia credamus, propter solam fidem in Christum, cúm eiusmodi quiddam ne somniauerit quidem vnquàm Apostolus. Nam, vt fateor libenter, gręcum vocabulū βεβαίος quo hic vtitur Apostolus, firmum, stabile, constans, certum, fidem faciens, & de quo fiduciam habeamus, significare, ita certum est Paulum alio respexisse, qúā istis est persuasum. Nam illi idē est hoc loco stabilem ac firmā esse Dei promissionem, cúm hæreditas contingit ex fide secundum gratiā, quód illas impleri, efficaces esse, ac commodas Iudæis pariter ac gentibus, cúm gens vtraq; iuxta Dei promissionem datam Abrahamo, bene

dicti

dictionem gratiæ, iustitiæ, ac cœlestis gloriæ per gratiam ex fide in Christum semen ipsum Abrahami fuerit assecuta, quod lex præstare nunquàm poterat, vt quæ iram cum his bonis ex diametro pugnantem esset operata. Quòd hoc sensit Paulus, fidem faciunt græcanica scholia in hunc locum à Lonicero translata his verbis. Atqui fides gratiam adducit, gratia porro si adsit, veniunt implenturque promissiones. Vbi namque gratia Dei, ibi haud sunt dubiæ promissiones, sed firmę, ac stabiles. Hactenus illa scholia, aut glossemata græca. Quem sensum sequitur Chrysost. inquiens in eundem Pauli locum. Duo bona hic ponit Apostolus, quód videlicet & firma ea sint, quæ dantur, & quód vniuerso semini ea parata sint. Item paulo supra docēs, quonam pacto irrita nō fieret Dei promissio, sed stabilis & firma redderetur sic inquit. Quid igitur? Accedit fides gratiam illiciens, vt promissio ad op' deducatur. Vbi em gratia, ibi venia, vbi venia, ibi nullú supplicium,

Breuiores interpretationes scholia dicuntur græce.

ſupplicio porro ſublato, ac iuſtitia à fide accedente, nihil prohibet hæredes nos fieri promiſsionis eius, quæ à fide datur. Mox aſſerit fidem non pati promiſsionem Dei perire, ac promiſsionem ſine fide ad opus non deduci. Quæ conuincunt Paulo id eſſe promiſsionem Dei eſſe firmam ac conſtantem, quod eſt illam impleri atq; ad opus iuſtificandi ſeruandiq; hominis deduci, non quod Lutherani exiſtimant, oportere hominem ſola fide iuſtificari, ac certo ſtatuere ſibi remiſſas eſſe ſuas noxias propter Chriſtũ, vt nefas ſit quadantenus ambigere de gratiæ poſſeſsione ac condonatione admiſſorum. At quid eſt opus tam multis, atq; tantum verborum in re tam luculẽta profundere? Quis enim tam parũ cernit, aut ingenio tam eſt infœlici & retuſo, vt vel ipſa antitheſi ſeu oppoſitione qua Apoſtolus vtitur inter irritari atq; antiquari promiſsionem, ſi ex lege eſſet hæreditas, & illam firmam, ac ſtabilem reddi, cúm ex fide per gratiam eſſent hęredes non videat id illi eſſe, firmá eſſe

ac

ac constantem & certam promissionem quod non irritari, aut inanem fieri, sed impleri atq3 vtilem effici? Succinit his Diuus Ambrosius inquiens. Firma nõ potest fieri promissio omni semini, id est omni homini ex omni gente, nisi fuerit ex fide, quia origo promissionis ex fide est, non ex lege, quoniam qui ex lege sunt, rei sunt, promissio autem reis dari non potest (animaduerte hæc) ac per hoc purificandi sunt prius, sed per fidem, vt digni fiant filij Dei dici, & sit firma promissio. Si enim filios se dicant esse, cùm sint rei, hoc est sub lege non est firmum, quia filij Dei liberi sunt à peccato. Si ergo, qui sub lege sunt erudendi de sub lege sunt, vt promissionem mereantur accipere, quanto magis qui sub lege non sunt? Duo ex his Diui Ambrosij obserua cãdide lector, Prius, verba facere Apostolum de lege Mosaica, quæ coalescit ex cæremonijs, vt à qua asserendos ac vindicãdos esse testetur, qui promissionem emererentur adsequi. Posterius, promissionem Dei firmam ac sta-

Meritum eiusmodi horrẽt Lutherani omnes.

bilem fieri Paulo non aliud esse qúã eam præstari credentibus, illisq3 efficacẽ & commodã esse, vt incassum petijsse cernantur mei aduersarij ex hoc P̃auli loco suppetiàs aut subsidium, quo fidem suo dogmati de sola fide concilient, faciãt, adrogẽt. Cæterum de promissionum diuinarum impletione nec ambigim', nec docemus quenq̃ ambigere. Persuasissimum est nobis Deum vt omnipotẽtem, mentiri nescium, pactorum tenacem, ac iurisiurãdi, quod interponere illi visum est firmandis promissis, seruantem, ónia optima fide præstaturum, quæ pollicitus est, sed idoneis, ac capacibus promissarum rerum dumtaxat, vt quibus solis se elargiturum ea promiserit. E quorum albo seu cœtu si tu sis, ambigere adeo impium ac nefas non fuerit, vt pium ac modestum fuerit. At Bucerus calamum aduersus Pigium stringens contẽdit Dui Pauli hunc locum, videlicet Abrahá on hæsitauit diffidentia, &c. reuincere nefas esse, si quis dubitet sibi remissa esse peccata, postquàm agnouerit ea, ac illorum

Abrahamus de impletione diuinorum promissorum nihil hæsit. Rom. 4.

ad Rom. 4

rum nomine fuerit pœnitentia tactus, credens ac certo ſtatuens, illa propter Chriſtum eſſe condonata. Probationẽ illius accipe. Fidei eſt auocare mentem ab eo, quod in nobis promiſsioni Dei repugnat, & in ipſam Dei promiſsionem, & promittentis Dei omnipotentiam defigere, vt ſicut mentem Abrahæ à conſiderando ſuo & vxoris corpore effœto, iamq; ad gignendum inepto, abſtraxit, ita mentem noſtram deducat ab omni indignitate, & turpitudine noſtra, propter quam inepti ſumus, vt gignatur & formetur in nobis Chriſtus in promiſsionẽ Chriſti, & potentiã patris donãtis filium, & cum eo õnia, nõ qđ propria indignitas & turpitudo nõ agnoſci, & diſplicere nobis nõ debeat, ſed vt mẽs illius iã pœnitẽtia cõmota, & trepidãs in promiſſam veniã, & cõdonationẽ eius ſubuehatur, ſpe veniæ trãquillãda, & cõfirmãda. Hæc ille ea nugãs, quæ nihil ad rem præſentem attinent, vt recte de illo dicatur οὐδὲν πρὸς ἔπος, id eſt, nihil ad carmen. Inſtituerat enim probare, debere homi-

Noſtra indignitas & turpitudo pugnant cum implatione promiſsionis diuinæ de gratiæ ac gloriæ eius largitione, non item ineptitudo corporis.

nem

Abrahæ ac Saræ, cum impletione Dei promissionis de sobole gignenda,

nem certo statuere ac firmiter credere absq; quauis ãbiguitate remissa sibi esse peccata ꝓpter Christũ, ac tandẽ videns id ex hoc Pauli loco stabiliri non posse, asserit mẽtẽ hominis pœnitẽtia cõmo tam, ac trepidantẽ in promissam veniã, & condonationem eius indignitatis ac turpitudinis, quæ repugnet impletioni promissionis diuinæ, subuehendam, vt spe ueniæ reddatur tranquilla ac confirmetur, perinde ac si catholicorum vllus vnquàm iuisset inficias, fulciendam esse mentem pœnitentia commotam, spe indulgentiæ, ac admissorum condonationis. Quis ignorat aliud esse sperare veniam delictorum, quod debent omnes vere credentes & pœnitentes facere, aliud credere firmiter, ac certo statuere ea iã esse condonata propter Christum. At, inquies, Abraham certo statuit atq; firmiter credidit citra omnẽ dubitationẽ, Deum præstiturum etiam sibiipsi quæ erat pollicitus, obstringor ergo ipse certo statuere vel illius exemplo, quod mei gratia est proditum, edoctus mihi Deũ

igno

ignoſcere meas noxas, credenti eas remitti propter Chriſtū illius filium. Vide q̄ hic hallucinaris, atque in ſole palpitas. Non enim tibi, perinde vt Abraham peculiariter facta eſt promiſsio ſobolis, promiſſa eſt peccatorum admiſſorū venia, tametſi omnibus vere credentibus & rite tactis pœnitudine illam Deus ſe e largiturum ſit pollicitus. Verum præſtiterit videre quonā pacto Bucer' rurſus colligit ex Apoſtoli verbis Ro. 4. nēpe. Non hæſitauit Abraham diffidentia &c Dubitare (inquit) de promiſsione Paulus vult eſſe ꝓprium τῆς ἀπιστίας, hoc eſt infidelitatis, ĩcredulitatis, vel (vt noſter vertit interpres) diffidentiæ, alienum eſt igitur à fide, & fidei proprium eſt nō dubitare. Hæc ille perbelle quidē atq; vere, ſed parum ad rem, vt loc' hic ſit prouerbio. Quid ad Mercurium? Nos enim controuertimus, an fas ſit de noſtra dignitate ambigere ſeu hærere, an nos adepti ſimus gratiam Dei iuſtificantem, necne, vel an neceſſe ſit certo ſtatuere, ac abſq; qualibet hæſitatione credere

nos

nos assequutos eiusmodi gratiam Dei, & Bucerus probat proprium esse incredulitatis de promissione diuinæ fluctuare, ac proinde à fide alienum, vt cui' est de illa nõ dubitare. At pgit nihil magis apposite differere inquiẽs. Paul' cõcludit si dei esse cõfirmatæ certissime persuasum habere, id est, πληροφορηθῆναι Deum potentẽ esse pstare, quæ promisit, id est, præstiturum. Quis hęc vnquàm est inficiatus cordatus, doctus & vere pius? Vt enim verbum hoc gręcanicum πληροφορέομαι quo hic vtitur Apostolus, plenissime sci o, confido, plenus sum persuasionis, cui certa sit rei fides, vt iam nihil addubitem, ita intelligi debet de illa certa persuasione, & fidei certitudine, qua nihil omnino ambigimus, vt æquum est, de diuinarum pollicitationum impletione, non qua certo statuimus nos esse illarum participes, de quo tantum inter nos est certamen, ac propterea Buceri causàm nihil prorsus subleuant. Hæc
Rom. X. D. Pauli verba, vtcunq; is diuersum habeat plene persuasum. Illud quoq; putát

isti

isti suæ sentẽtiæ roborãdæ opẽ ferre aliquã. Quomodo inuocabũt, inquẽ nõ crediderunt? Quũ ibi doceat Apostol', fidẽ in Deum esse cúm primis necessariã vt qs opem imploret diuinam, assequuturus gratiam & remissionẽ peccatorum, sed hoc nihil ad rem aut controuersiam nostram, longe enim sunt ista diuersa. Nemo sine fide, quæ credulitas est, aut impetrandi spes quædam, potest Deum inuocare, & debemus certo statuere, & firmiter credere nobis nostra admissa esse propter Christum remissa, nec liceat quoquo modo de hoc ambigere. Suffragium ergo huius loci, qđ aduersarijs, visum est Colophonium, ac valere in hac re plurimum, est plane συκίνη ἐπικουρία, hoc est, ficulnum auxilium, & opitulatio prorsus inualida. Verum vt istos suis interimam armis, paucis docebo hunc locum adeo pro illorum dogmate cum primis animabus Christianis exitioso & funesto, non facere, vt id penitus exigat, ac refutet, quippe ostendit fidem solam non iustificare,

sed

sed prius mẽti hominis insidere q̃ iustus sit, vt implorando auxilium Dei ac misericordiam consequatur remissionem peccatorum & iustitiã. Id quod Dauid monstrat sic Deum precibus sollicitans. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniã conturbata sunt omnia ossa mea. Non enim credidit tantum sua sibi remissa delicta, sat id habens, sed afflictauit se, deiecit, sedulo opem ac misericordiã petijt, atq3 hunc in mõdum euasit iustus ex iniusto, pius ex impio. At cum catholico cõ sensu & ipso quoq3 communi sensu pugnat, fidei tribuere certum & indubitatum assensum earum rerum omniũ, quæ nobis Deus reuelauit, & tamen ei adiungere dubitationem de salute nostra, quam euangelium Christi tam benigne tamq3 certo offert. Hæc nihil omnino repugnant aut catholico aut communi sensui, tametsi cæcutienti Bucero videãtur repugnare ex diametro. Nam probe consistunt ac in vna sede morantur hæc duo, nempe fidei esse credere absq3 dubita-

Psalm. 6.

Bucerus

bitatione quauis, vera esse omnia abs Deo reuelata, ac promissiones Dei omnes fore implendas, & hęsitare, an tu sis particeps harum promissionū, quia euāgelium salutem benigne ac certo offert vere pœnitētibus, capacibus eius ac credentibus rite iuxta sacrorum codicum præscripta, qualis an tu sis, qui, rogo te, id cognosces citra peculiarem Dei reuelationem? Fides est certus ac firmus reuelatorum à Deo assensus, sed nunquid Deus tibi reuelauit, tua ignosse se peccata, teq; in gratiā recepisse, vt de hoc certo statuas? Deus nominatim ac peculiariter Abraham sobolem promisit, & ideo non erat illi fas ob suam aut vxoris imbecillitatem seu ad gignēdum imparitatem ambigere de promissæ rei adeptione, sed certa persuasione concepta, debuerat, vt fecit, credere Deum qđ promiserat potentem præstare, & præstiturum, haud aliter debet quisq; firmiter credere remitti sibi peccata, cui Deus id fuerit pollicitus, aut dixerit remissa esse, quemadmodum Mariæ Magdalenæ

lenæ & alijs aliquot quorum meminerũt euangelia, ſed quid iſtud ad illos, quib' Deus nec pollicitus eſt, ſaltem nominatim & peculiariter, remiſsionem peccatorum, nec retexit palam illa eſſe condonata eis? At reclamat adhuc Bucerus inquiens, Illi fatentur appræhenſionem fidei longe certiorem eſſe quàm ſcientię, tum quód verba Dei ſunt certiora rebus alijs ónibus, quæ ſciuntur demõſtratiõe, tum quód perſuaſio ſpi. ſancti, quæ fides conſtat, indubitatior eſt quauis demonſtratione, qua gignuntur ſcientiæ, tamẽ imaginãtur illi aliquẽ poſſe verã & certã fidẽ toti Euangelio accõmodare, nõ tamẽ de ſuis ſibi pctis diſplicere, nõ Chriſto ſe totũ dedere, nec ſtatuere certo ſibi remiſſa pctã &c. Nõ erit difficile huic reſpõdere. Nã vt catholici aſſerunt fidẽ eſſe longe firmiorẽ ac certiorẽ cognitionẽ, quàm vlla poterit eſſe ſcientia, ita id intelligant de his reb' tantum, quarum eſt fides, nempe verborum Dei reuelatorum nobis à Deo, & diuinarum promiſsionum impletiõe, & proinde cũ re-

remissa mihi esse delicta meq3 in gratiã ꝓpter Christũ receptũ esse, nec verbo Dei ꝓditur vllo, nec reuelatio mihi vlla est facta, nec illud mihi peculiariter ꝓmisit De', liceat mihi, immo piũ est, quadã tenus de hoc ãbigere, quocirca hoc telũ retusum quidẽ illud aduersariorum manibus excussum est, vt illo ampli' depugnare incassum videantur. Iam succinctim & breuiter ac vnico veluti fasciculo colligatos aliquot locos, quibus subnixus Bucerus catholicam impugnat sentẽtiã, recẽsebo, ijsq3 eadẽ breuiloquẽtia respõsionẽ adhibebo. Primo obijcit, quód affirmat Paul' credẽtes obsignari spi. ꝓmissiõis sancto, qui est arrabo, vel pign' vt habetur in vulgata traductione, hęreditationis nostræ in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius, cúm hinc non liceat colligere hominem debere certo statuere, ac nihil omnino dubitare sibi remissa esse peccata propter Christum, seseq3 receptum in Dei gratiã, sed Deũ, vt suos agnosceret, ac notabiles redderet, spi. san. illos obsignasse, Ephe. 1.

ac

A diaboli grege distincti sumus hoc sigillo. i. spi. s. gratia et charitate diffusa in corda nostra, &c, Lombertus Acquisitionis. i. cura & studij, quod Deus circa nos impendit. Theophi. uel nostri, quos acquisiuit Deus & condidit idem

ac veluti sigillasse (vt græcanica glosse-
mata habēt) quando velut sigillum di-
uinę adoptionis spiritus sancti gratiam
illis insudit, qui quidem spiritus sanctus
est arrabo, arra, seu pignus hæreditatis
nostræ in redemptionē acquisitionis, id
est quo certi ac securi speremus seu con
fidamus nos populū suū sibi acquisitum,
iamq3 per gratiam iustificatum redemp
tum iri, quod ad absolutam omnibusque
numeris consummatam animæ ac cor-
poris attineat redemptionem, quemad-
modum arrabo, quæ est pars solutionis,
fidē quandam facit totius summę persol
uendæ. Theophilactus ait credentes in
Christo obsignari, vt perspicuum sit il-
los esse de sorte Christi, vel quia futuro-
rum bonorum spiritus ipse confirmat p
missionem. Is namq3, nobis cúm tradi-
tur, certiora facit futura, itaq3 pro sym-
bolo & pignore datur. Hæc ille, indicās
spi. sanctum esse veluti arrabonem no-
bis datum, tanquàm quo inchoatur no
stra redemptio plena illa, vt per arra-
bonem rei emptę solutio, & qui eam ple

ne

ne consummandam tandem, spe certa animos nostros fulcit. Quam sententiam sequitur Chrisost, licet & obsignatione factam per spi. sanctum datum credentibus, signo manifesto & visibili intelligat, atq; concludit tandem his verbis. Hoc quippe auditores certos ac quietos facit, cognoscentes quód omnino Deus propter bonitatem suam facturus sit, quicquid promisit, indicans ideo obsignari credentes spi. sancto veluti arrabone, ne qua dubitent de impletione diuinarum promissionum, quód nemo catholicus aut facit ipse, aut faciẽdum admonet, licet doceant omnes catholici nõ esse nefas de nostra aptitudine ad suscipiẽdum gratiam, aut an illã iam simus adepti fluctuare atq; ambigere. Verum aduersus id adhuc vrget Bucerus inquiens. Scriptura docet, quòd quicunq; credit in Christum, habeat peccatorum remissionem & vitam æternam, ergo qui huic non credit Dei patris testimonio de filio, mendacem facit Deum, vt inquit Ioannes. Hic fallitur turpiter Buce Act. X.

rus perperam colligens ex scripturæ sa-
crę verbis. Nam quis ignorat, aut dubi-
tat omnem rite, & vt debet, credentem
in Christum, habere remissionem admis
sorum, & ipsam quoq; vitam æternam
in se cœptā atq; inchoatā? Verum nemo
dialecticæ peritus hinc colligere cona-
bitur, debere nos certo statuere, aut fir
miter nostra nobis credentibus in Chri
stum cōdonata esse crimina, idq; ob so
lam fidem, quandoquidem certo scire
nō liceat nobis, quòd vere, germane, at
que vt oportet, in Christum credimus.
At inquies cum Bucero. Hoc est testi-
1. Ioa. V. monium (vt ait Ioannes) quòd vitam æ-
ternam dedit nobis Deus, & ipsa vita æ
terna in filio est, & habens filium, habet
vitam æternam, ergo nisi mendacē De-
um facere velint, Christianis omnibus
firmiter, & sine hæsitatione credendum
est, se habere vitam æternam, quam pa
ter testatur se dedisse. Istud facile ac v-
no (vt dicitur vulgo) repellam digitulo.
Nam Deus impartitus est nobis creden-
tibus vitam æternam spe, daturus eam
reipsa

seipsa tandem, vel dedit nobis vitam æternam, quatenus dedit nobis potestatē (vt ait Ioánes) vt fiamus Dei filij. In quā sententiam, dixit Christus, Qui credit in me habet vitam æternā, Rursus, Qui credit in filium habet vitam æternam. Quoniam secundum spem sumus hæredes vitę ęternę. Ti. 3. & Spe seruati sum⁹ Rom. 8. Quemadmodum ergo adepti sumus vitam hanc spe certa, ita spe certi sumus nos habere gratiam Dei, fontē ac parentem omnium bonorum vitæ huius. At inquies mihi, oportet quemlibet Christianum firmiter citra omnem hæsitationē credere, ac statuere certo Deum illi dedisse vitam æternam, seque illam adepturum, nisi velit Deum mendacem facere, quocirca fidei certitudo exigitur ad hāc rē, ac non solū spei cuiusdā atq; coniecturæ ꝓbabilis, eò qđ quisquis nō credit Dei testimonio firmiter, atq; sine qualibet ambiguitate, is Deum (quo ad sibi liceat) facit mēdacē. Qđ sic expedio, aio credere firmiter christianū oēm debere, patrē dedisse nobis oīb⁹ vi-

Ioan. 18
Ioan. 6.

Cyrillus.

Expende hæc diligenter lector.

tã æternã, quia credere tenetur patrẽ de-
disse Christũ, qui est vita æterna. 1. Ioã. 5
vt oĩs, qui crederet in eum, haberet vitã
æternam vt Ioan. 3. legim' his verbis. Sic
Deus dilexit mundum, hoc est, vniuer-
sum mortalium cœtum, vt filium suum
vnigenitum daret: vt omnis qui credit in
eum, non pereat, sed habeat vitam ęter
Esaiæ. 9. nam. Quod præuidebat Esaias dicens.
Filius datus est nobis. Hic est propitiatio
pro peccatis totius mundi. Esto igitur
quispiam hoc pacto ratione texat. Cre-
dere firmiter debemus Deũ nobis Chri
stum, qui est vita æterna, ac propitiatio
pro peccatis totius mundi dedisse, vt
quisquis crederet in eum habeat vitam
æternam, tenemur ergo firmiter cre-
dere nobis remissa esse peccata, gra-
tiamque Deum impartijsse nobis.
Quis æquis auribus feret sic inepte at-
que indocte colligentem? Dedit enim
Ioan. vj. Deus filium suum, vt mundus totus cre-
deret in eum, & hinc habeat vitam æter
Ioan. ij. nam, vt quem destinauit propitiationẽ
pro peccatis omnium, vultq3 omnes sal-
uos

uos fieri, & ideo Christus semetipsum dedit pro omnibus redemptionē .1. Timo.2. At quis, vel mediocriter theologiæ peritus, hinc colliget debere omnes firmiter credere se accitos esse, ac relatos in album filiorum Dei, deumque habere propitium & placatum? Cæterum Christus inquit. Qui credit in me habet vitam æternam, quisquis itaq; credit in Christum, certo debet statuere, ac nulla nutare dubitatione se gratiam, matrem vitæ æternæ adeptum esse. Cui hoc sit responsum, non omnem, qui credit in Christum, habere vitam æternā, quandoquidem multi ex synagogæ principibus (vt ait Ioan.ca.12) crediderunt in eum, sed propter phariſæos non confitebantur, vt é synagoga non eijcerētur. Dilexerunt enim gloriam hominū magis, quàm gloriam Dei. Videmus hos credidisse in Christum, & tamen hinc non euasisse iustos, nec vitam æternam fuisse adeptos, quia Christum non confitebantur, cum ore fit confessio ad salutem, Roma.10, & quem Christum con- 1. Timo 2.

fiteri coram hominibus puduerit, Chri
ſtum pudebit & coram patre confite-
ri eum in cœlo, Matth.10. Dilexerunt
quoq; iſti gloriam hominum magis quã
Dei gloriam, & ideo nec gratiam Dei,
Iacobi.ij. nec Chriſtum vitam erant nacti. Non-
Gala.2. ne docent hæc, non omnem credentem
in Chriſtum habere vitam æternam, ſed
tantum, qui credit in eum fide viua effi-
caci, ac operatoria per dilectionẽ, quã
iſti principes non habebant? Colligant
itaque aduerſarij in hunc modum ſi lu-
bet. Quiſquis credit in Chriſtũ ſola fide
viua, exornata charitate, ac ſeſe per be-
neacta exercẽte, habet Chriſtum ipſam
vitam æternam, habet remiſsionem pec
catorum, breuiter habet omnia cum eo
ſibi donata. Rom.8. ergo is certo debet
ſtatuere, ac abſq; omni ambiguitate cre
dere Deum ſibi ꝓpitium eſſe, ac ſibi cõ-
donata admiſſa. Talpa ac leberide (qđ
dici ſolet) cæcioré eſſe oportet, qui non
videat hoc argumentum nullam omni-
no habere rectæ collectiõis ſpẽm. Nam
antecedens, quod vocant, illius eſt veriſ

ſimum

simũ, ac cõsequẽs falsissimũ. Accedat ita-q; illi Enthymematis antecedẽti hoc assũptũ, at nemo dubitare debet, sed certo credere se nactum hoc gen' fidei viuę ac operatricis per dilectionem, ergo tenetur quisque credens in Christum nihil hæsitare se gratiam Dei adeptum sibiq; remissas esse suas noxas. Sed assumptum illud probaturi sunt esse verum, cũ mula peperit, ad calendas græcas, nimirum nunquàm. Quis enim certo scit, aut certo potest statuere, nisi certitudine spei, ac probabilium quarundam coniecturarum, se credere fide viua, & efficaci per charitatis opera? Paulus Corinthios sic commonefecit. Vos ipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. Hunc locum licet Gagnæus vir eximiæ eruditionis nomine ab omnibus vere piis maximo opere suspiciendus, secutus Chrysost. & Theophilact. interpretetur de periculo, quod de se facere perꝫditionẽ miraculorum hortatur Corinthios Paulus, nec illud quidem meo iudicio indocte, aut coacte, potest tamen,

ni ipse fallor, de experimento per ὀpera honesta intelligi, quibus voluit Apostolus, istos specimen suæ fidei viuæ exhibere terrarum orbi, ac de se periculũ facere num essent in hac fide necne. Ná de informi illa credulitate, qua articulos fidei omnes amplecterẽtur, ac auersarentur omne superstitiosum fidei repugnans, nõ potuissent dubitare Corinthij. Theophilactus in hunc locum differens sic scribit. Si vos ipsos velitis diligẽti cura rimari, & facta vestra expendere, Christum in vobis spectabitis, si fidẽ estis perfectiorem adepti, quasi dicat, sic periculum estis de vobis ipsis facturi, num estis in fide illa perfectiori, quæ nimirum efficax est per charitatem, & an Christum habetis in vobis manentem, si vitam vestram moresq; diligentius rimari & excutere non grauabimini. Quòd hic potius sit Paulinę mentis sensus, proxima sequens particula aut sententia prodit satis dilucide, nempe hæc. An nõ cognoscitis vos ipsos, quòd Christus in vobis est, nisi aliquatenus reprobi

bi sitis? Nam Chrysost. postquàm de fide miraculorum enarrauerit priorem illam sentẽtiam Pauli, mox subtexit. Hoc enim loco videtur mihi etiam ad vitam illos incitare. Nam, quoniam non sufficit fides ad conciliandam sibi spiritualẽ efficaciam. Dixit autem, Si estis in fide, Christum habete in vobismetipsis. Cõtingit autẽ multos ab hac efficacia esse vacuos, licet fidem habeant. Soluens dubium, inquit, nisi aliqua ex parte reprobi sitis, & habetis vitam corruptam. Quæ satis ostendunt neminem aliter scire aut cognoscere posse, se fidem illam perfectã ac viuã adeptum esse, nisi per benefacta & mores niueos, quibus prodit se illa Iacobi .2. & nisi hanc adeptus fueris fidem, nec Christum habes in te, nec gratiam & remissionem peccatorũ indeptus es. Quamobrem cúm hæc certitudo, quam beneacta pariunt, alia esse non potest, quàm spei ac coniecturarum verisimilium. Sensit indubie Paul' Corinthios temere voluisse ac tentasse de ipso facere periculum seu experimen

Myraculorum ædi-tio nõ probat hominem nactum fidẽ uiuam quandoquidem ab improbis ea sæpe legimus edita Matth. 7. & ideo hinc non licet probare se esse in fide nisi informi, et mortua ipsa.

mentum sumere, qui se satis non habebant exploratos, nec probe norant an fidem retinuerint necne, nec denique an Christus in eis fuerit an non, sed impura vita meruerint ab eo reijci exigique.

Verum de hoc satis, nunc ad alia pergamus. Christus (inquit Bucerus) credentes à se non abijcit, nec eripit eos (qui sunt oues illius) de manu eius quisquàm, proinde manebunt in fide Christi in sempiternum, nec queunt perire vnquã, qui crediderint in Christum. Quomodo itaque queat quispiam non certam vitæ æternæ spem tenere, qui huic testimonio vere ac firmiter credit? Hæc Bucerus, quibus videtur potius ostendere iam iustificatos certos esse de sua salute futura in cœlo, idque certitudine spei, quod nemo catholicus vnquàm negauerit, quàm debere quemlibet firmiter credere, sibi condonata esse crimina seque receptum esse in gratiam Dei sola fide propter Christum, quod instituit probare, & ideo in eum merito cõuenit adagio illa, A carbonaria in cal

Ioan. 6.

Ioan. X.

cariam

cariam,& extra chorum ſaltat. Sed præ ſtiterit argumẽta ſeorſum ac diſiunctim diſcutere, quæ hic contexta videmus ex Buceri proſilijſſe officina, quorum primum ſic nectitur quàm imperitiſsime. Chriſtus ad ſe accedentes, nimirum per veram fidem à ſe non reijcit nec ſubmouet, ergo hi certo ſciunt ac firmiter credere tenẽtur, ſe gratiam Dei adeptos eſſe, & gloria illa perpeti tandem potituros. Argumentum iſtud futile plane eſt, nugale, ac elumbe penitus, haud indignum tali rabbino, vt nõ abs re dicas, dignum patella operculum. Chriſtus ſuos à ſe non abijcit, quid tum poſtea? ergo quiſq; certo ſcit ſe habere Deũ propitium ac fauẽtem, qui in Chriſtum credit, firmiterque debet credere, ſe tandem aſſequuturum vitam æternam. Nonne recte conſiſtunt ac conueniunt hæc duo, Chriſtus ac ſe accedentes non abijcit, vt qui eorum gratia mortem libens oppetijt, ſublatus in crucem, eoſq; omnibus philtris, ac prolectilibus ad ſe allicit indeſeſsim, & tamẽ licet nobis

ambigere magna animi ſubmiſsione an gratiam ſimus adepti necne? Chriſtus nos non abijcit à ſe, ſed nos abijcimus noſmetipſos noſtris ipſorum vitijs. Rurſus argutatur Bucer⁹ nō minus indoctè quàm qui maxime, idq; hac forma. Nemo rapit oues Chriſti.i. vere credentes in eum de manu ſua i.potentia ac virtute, igitur Chriſtiani debēt certo ſtatuere ac citra omnem penitus hęſitantiam credere ſe gratiam Dei habere, ac tandem vita potituros illa glorioſa ſemper eduratura. Nonne poſſunt oues fraudibus ac artibus hæreticorum & diaboli auelli Chriſto, ſicq; æternū perire, quas vis nulla poſsit ab Chriſti tuentis eas potentia diſtrahere? Sed quo intelligas lector pie, quàm inerudite colligit Bucerus, audi Theophilacti perdoctā ac genuinam huius loci enarrationē, in hanc ſententiam in literas relatam. Quomodo dixit Dominus, Nullus ex manu patris rapit eas, cúm tamen multos videamus perire? Dicendum, quód rapere quidem nullus de patris manu poteſt, decipere

pere autem multi. Nam vi quidem & tyrãnide, nullus poteſt auellere à Deo, deceptione autem quotidie ſupplantamur. Mox exemplum exhibet de Iuda, qui ex ordine ouium delapſus eſt, & perijt, quòd Chriſtum non ſuerit ſecutus, non quód violentia quiſquàm illum renitentem de potentia Chriſti tutantis potuiſſet diſtrahere ac diuellere ab eo. Hæc vera ſunt, ſed nihil ad rẽ preſentẽ, quam Bucerus nititur perſuaſam dare nobis, vt locus ſit paræmię veteri οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, nihil ad Bacchum. Verum tamen ad roborandum hanc ſuam ſententiam, quam ſplendide & impudenter mentitur ſcripturæ & omnibus veteribus interpretibus niti, aſſerit Paulum fuiſſe vſum iſto hebraiſmo, vt diceret ἱστάκαμεν, conſtitimus, hoc eſt, vt in gratia adoptionis firmi perſtemus, accepimus, confirmatiq; ſumus, de qua certi, firmiterq; perſuaſi ſumus, ne quo pacto addubitemus. Mox citat D. Chry. verba in eundem Pauli locum, ſed fruſtra, & irrito plane conatu, vt quorum neu- Rom. 5.

ter

ter quicquã firmando illius dogmati ad-
fert adiumẽti. Nã qđ ad Pauli attinet lo
cum, certũ nõ eſt, an ille ſcripſerit ἑστήκαμεν ſtetim', an ἑστήκαμεν ſtam', vt vulga
ta habet æditio, multis retro ānis totius
eccleſiæ ꝓbata calculo, quo ſine qđ cer-
ti eſt, qđ ſacrę ꝓdunt literę? Haud aliter
vertit Chriſtophor' Porſena interꝑs cõ
mẽtariorum Theophilacti in hunc locũ,
qui ſic etiã explicat eundẽ his verbis. In
qua ſtamus, hoc eſt, in qua obfirmati &
ſtabiles ſum': permanẽt namq3 bona illa
cœleſtia, nec caſum aliquẽ patitũur, nec
ſolũ eorum, quæ iã cõſecuti ſum', eſt no-
bis firma poſſeſsio, ſed alia ſpes eſt. Glo-
riamur enim, inquit, in ſpe bonorũ, quæ
videlicet in nos ſunt conferenda, &c.
Cernimus hic nec lectionem, nec cõtex
tus ſenſum iuxta Theophilactum, quic-
quã ſuffragari Bucero. Nam quod ad ſen
ſum attinet, iſti cõmentarij ſpei tantum
certitudinẽ futuræ ſalutis ſtatuunt, Buce
ri fidei, quæ duo ſunt Dei dona eaq3 di-
uerſa. 1. Corin. 13. Accedit his quod Eraſ
mus Rote. traduxit, ſtamus, licet forſitã
exem-

exemplar, quo est vsus, habuit ἐστήκαμεν verbum pręteriti tẽporis, vel eo persuasus, quód perspexerit illud loci sensum exigere, quẽ admodũ ꝓcul dubio exigit. Cõsonãti' etenim legitur, per quẽ habem' accessũ ꝓ fidẽ in gratiã istã, in qua stam' q̃ in qua stetim', maxime cũ mox sequitur verbum ꝑsentis tẽporis, καυχώμεθα gloriamur. Deniq; D. Chry. quẽ Bucecer' à se stare asserit in cõmẽtarijs à Musculo traductis, sic legit cũ dicit Paul', in qua stam', presẽtia significat, q̃ iã accepim' cũ vero dicit, & gloriamur in spe gloriæ Dei, futura oĩa detexit. Bene autẽ dicit. In qua stam' (nõ enim vertit is stetim' vt Bucerus habet) Neq; enim finẽ habet istæc Dei gratia, neq; terminum nouit, sed ad maiora ꝓgreditur. Hęc D. Chry. vnde Bucerus perperã colligit adeptum semel gratiã Dei, quã Chrys. asserit finẽ nõ habere, certũ esse de salute sua æterna certitudine fidei, cũ ille nihil eiusmodi hoc loci senserit, quippe qui volebat Dei gratiam non esse caducam, fluxam, ac per homines sustolli vt res humanas, hono-

honores, magistrat', ac similia videmus quotidie tolli. Nam hæc protinus subtexit, quæ data opera, quód sibi refragarentur, omisit Bucerus. Id quod apud homines non contingit, exempli gratia. Principatum quis adeptus est, aut gloriam, aut potentatum, verum in eo quod adeptus est non poterit perpetuo consistere, sed cito excidit, & licet nemo sit hominum, qui honoris illũ gradu deijciat, mors certe, quum primum venerit, totũ auferet. Diuina vero talia non sunt. Nã ex his null' hominũ, nec ifortuniũ vllum, nõ diabolus nec mors ipsa vnq̃ nos eijcere poterit, sed cum mortẽ subierim', tũ demum ista bona securius possidebim', maioribusque proficiendo semper potiemur. Hactenus Chrysost. tam dilucide nihil suffragans Bucero, vt pudere debuerit illum vel maxime, si non esset perfrictissimæ frontis homo, illius istæc verba ad suum institutum detorquere. At his non contentus adducit pro sua sentẽtia rursus Chrysost. scribentem propterea Paulum adiecisse. Et gloriamur sub

spe

ſpe glorię, vt diſcas hominem fidelẽ debere eſſe certo perſuaſum (ait enim πλη ροφορίᾳ χρη) non ſolum de datis, quæ Apoſtolus intellexit ſub nomine gratiæ, ſed etiam de futuris, quæ ſignificauit nomine gloriæ. Hæc rurſus Bucerus ex Chryſoſt. imperite, ne dicã, malioſe detorto. Vis ratiõis vniuerſa ſita eſt in verbo πληροφορίᾳ, quod ille vertit certo perſuaſum eſſe, intelligens illud de certa perſuaſione per fidem, cúm dictio illa confidere, ſpem concipere, plenum eſſe perſuaſionis, ac mente certiorem effectum, quæ ad ſpei fiduciæque certitudinem nihil prohibet referri, perinde ſignificat atque fide eſſe certo perſuaſum. Adde ad hæc quòd non contextus ipſe ſolum, qui habet καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, & gloriamur ſub ſpe gloriæ Dei, indicans intelligendum eſſe ſpei certitudinem, ſed ipſe quoque Chryſoſtomus ſtatim in commentarijs aperit dilucide hoc etiam ſeſe voluiſſe, inquiens. Quandoquidem igitur & futurorum ſpes tam eſt certa & clara, quàm

eorum quæ data iam sunt, de illis quòq; nõ veretur simili ratiõe dicere, gloriamur: ꝓpterea, & gloriã ipsa bona futura vocat. Hæc ille, quæ dissimulauit Bucer' ea silẽtio trãsmittens, q̃ viderit illa sibi aduersari penitus, hoc nomine ipsum satã, exprimẽs, ac pulchre referẽs, quia qđ ad fraudẽ, quã moliebatur Christo struere videbat facere, sedulo inculcauit, tacito, qđ aduersari sibi cõspexit, nẽpe, Sꝑ aspidẽ, &c. vt Matth. 4 & in Psalmo licet videre. At mittã hęc. Nã existimo satis ostẽsum esse, nec ipsum hunc Apostoli locũ, nec D. Chryso. cõmẽtarios in eũ æditos, euincere fidei veræ ac germanę (vt Buceri vtar verbis) per quã iustificamur propriũ esse, de præsẽti gratia & futura gloria nullam admittere dubitationem, sed de vtraque animum certissimum, planeque securum reddere, tametsi illud perperam, & imperite arbitretur Bucerus. Cui cúm obijcitur Paulus docens, neminem de futura salute tã esse certum, quin debeat semper solicite lapsum peccati reformidare, idq; his

Psalm. 90.

locis

locis. Qui existimat se stare, videat ne cadat. Et subijcio corpus meum, ac in seruitutẽ redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus fiã, quod Paulus electus, & prædestinatus, quiq3 dixerit se certum esse, rem nullã potuisse sese ab amore Christi diuellere, spiritumq3 sanctum tenere, de semetipso extulit ostendens vel his verbis, ne electos quidem absque omni dubitatione statuere posse se æterna gloria potituros. Quib' & similibus locis Bucerus tam frigide, indocte, tam deniq3 aliena ab re respondet, vt tergiuersari & penit' eludere veritatem recte dicatur. Nã appellans hæc obiecta sophistarum, cùm ipse sit sophistarum Coryphæus, & princeps, affirmat propter inhærens peccatum, ingentem hominis imbecillitatẽ, & satanæ insidias corp' peccati nõ subijciẽdũ modo sed crucifigendũ, oĩbusq3 eniten dũ viribus, ne vlla in re euadam' re, pbi, sed hęc esse fidei, & ad credẽdũ Christo vrgere, nihil detrahere ei, q̃ fidei verę est in vulnerib' Christi cõquiescere, Hæc Bucer'

1. Cori. 10.

1. Corin. 9

1. Corin. 11.

ad duos illos Pauli locos, quos illi obij-
cimus, tam imperite quàm qui maxime.
Nam quis ignorat cõquiescendum esse
Christianis in Christi vulneribus? Colli
ges ne hinc non esse fas homini vlla ra-
tione de futura salute sua ambigere? Cõ
sistunt ergo prædicti duo Pauli loci in
suo robore aduersꝰ impium Buceri dog
ma, posse hominem per fidem certum
esse de futura salute citra peculiarẽ Dei
afflatum, & reuelationẽ, quam Paulus
nactus erat, qui dixit. Nobis autem reue
lauit, videlicet bona promissa se diligẽ
tibus, per spiritum suũ. 1. Cor. 2. Rursus.
Nos autem nõ spiritum huius mundi ac
cepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt
sciamus, quę à Deo donata sunt nobis.
Item. Nos autem sensum Christi habe-
mꝰ. 1. Co. 2. Deniq; illud huc attinet, Bo
num certamen &c. de reliquo reposita
est mihi corona iustitiæ &c. 2. Timo-
the. 4. Quamquàm mihi potius vi-
dentur loci ille Paulini ex. 1. Corin. 2. de
prompti intelligendi, non de certa ali-
qua persuasione de propria salute æter
na,

na, quàm Paulo adflauit ſeu inſpiratione ſua impartijt ſpi. ſanctus, ſed de certa quadam cognitione fœlicitatis illius per petuę præparatæ diligentibus Deum, de q3 cognitiõe myſteriorum Chriſti, quo modo factus ſit homo noſtri gratia &c. Et haud ſecus interpretatur Theophilactus inquiens. Ipſi nos omnes Chriſti ſenſum habemus, hoc eſt, quæcumq3 ipſi & tenemus, & nouimus, Chriſtus nobis aperuit & retexit, nec ſecus & quæ de diuinis ſentimus, à Chriſto habemus, hoc eſt, ab eo ſumus, quantulamcunque habemus de rebus ad fidem ſpectntibus cognitionem, edocti. Haud aliter eundem locum ediſſerit Diuus Chryſoſt, dicẽs Paulum Chriſti ſenſum i. diuinum & ſpiritualem habuiſſe, qui Chriſti dogmata menti eius infudit. Admonent certe hæc abunde, non poſſe quemqúá ex his Pauli locis ſtatuere Luthericam de gratia, aut ſalute futura certitudinem, vtut quidam illud conentur ſedulo. At ſi quis peccauerit (inquit Ioannes) ſcimus quod aduocatum ha-

Bucerus arguit Paulum 2. Corin. 5. egisse de remissatione communi omnibus Dei filijs qua nititur fidei omnium. 1. Ioan. 5. Christianorum certitudo.

bemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & hic est propitiatio pro peccatis. Quid hinc, ó Bucere? Nunquid de hoc quisquàm hæsitauit? vis ne ex eo colligere debere Christianos certo statuere, ac firmiter absque dubitatione credere, sibi remissa esse peccata propter Christum, cúm id credunt tantum? Persuasissimum enim est mihi, Christum aduocatum nobis esse apud patrem, indefessim pro nobis eum interpellare, eundemque esse propitiationem pro nostris noxis, & tamen hæreo nonnihil & fluctuo, an ipse euaserim adhuc iustus necne, & an Christus reipsa impetrauit mihi condonationem admissorum, deniqúe an compos illius propitiationis fuerim effectus necne, addubito. Verum fidelis & iustus est Deus, (inquiens secutus Diui Ioannis verba) vt peccata nobis, dum ea confitemur, remittat, & purget nos ab omni iniquitate. Hoc agnosco, ac lubens amplector non vt

1. Ioan. 1.

Apol

Apollinis oraculum, aut é tripode dictum, sed vt diuini numinis, ac spiritus veritatis indubitatissimum proloquium, at illud Buceri firmando dogmati satis certo scio nihil omnino suffragari. Confessus est Iudas scelus in Christum admissum, confessi alij quàm plurimi sua flagitia, nec tamen ignouit Deus illis. Si ergo agnoscis tua facinora spe subnixus veniam impetrandi, ac satte pœnituerit anteactæ scelestæ vitæ, Deus seruans icti tecum fœderis remittet tibi peccata, sed quãdo certo scies hæc te egisse quatenus oportuisset? Nihil itaque addubito Deum confitenti, vt decet & debet, sua vitia, condonaturum, sed cum hac certa persuasione perbelle quadrat, me posse de mea ipsius dispositione, & ad recipiendam Dei gratiam aptitudine nonnihil addubitare, quocirca hic Ioannis locus nullum accommodat suffragium Bucero. Pergit adhuc Bucerus sic argutari ex illo Apostoli.

Dona

Dona & vocatio Dei sunt absque pœnitentia, aut, vt græce est, ἀμεταμέλητα, hoc est, impœnitibilia & quorum Deum non pœnitet, quod perinde est, fateor, ac si dixisset, immutabilia & constantia, sed num hinc statues fidei certitudine oportere quemlibet pium esse securum & persuasum, se tãdem post extrema funera assequuturum gloriam cœlestem? Nemo dubitat Deum nunquàm pœnituturum donorum & vocatiõis suæ, sed multi sunt vocati tamen & pauci electi. Multis multa contigere diuina benignitate dona præclara & eximia, quæ hi incuria sua, & socordia perdiderunt cũ Iuda & pigro illo seruo euangelico, qui talentum, quod nactus erat vnicum, in terram defodebat, commeritus hinc, vt ei adimeretur, vt ademptum constat. Verum de hoc Pauli testimonio diffusius tractaui in libro de prędestinatiõe, vt qui de materia electionis aut vocationis, quæ est effectus illius proprie disserit, & ideo hic hæc scripsisse suffecerit. Sub hæc Bucerus omnem mouens lapidem

Liber de prædestinatione.

dē, quo ſuam nobis perſuadeat fidei cer
titudinem, texit rationē ex illo Paulino, Philip 1.
perſuaſus ſum, & hoc q̄ qui cœpit in vo
bis opus bonum, perfecturus etiam ſit
vſque in diem Ieſu Chriſti. Hoc ſi Paul⁹
(inquit) de Philippēſibus ſibi perſuaſit,
quód iudicaret eos Chriſto vere crede
re: nemo profecto, qui credit Chriſto:
de eo in ſeipſo dubitare debet, cúm pro
eo orare debeat indefinenter, & abſque
hæſitatiōe. Perſuaſus ſum, tu legis Buce
re, cúm latina æditio habeat, nec inep-
te confidens hoc ipſum, & græce ſit πε-
ποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, hoc eſt, fretus, aut
cōfiſus hoc ipſo. Quam obſecro te aliā
ex hoc Pauli loco exiges certitudinem
quàm ſpei, ac confidentiæ? Fateor itaq;
Paulum ſenſiſſe ſe confiſum fuiſſe ac fre
tum hoc ipſo, quòd De⁹ cœptum à ſe in
Philippenſibus opus ſalutis, illud eſſet
perfecturus vſq; in diē Chriſti Ieſu, at-
que idem de ſeipſo confiſum fuiſſe, ſed
hoc nihil habet momenti ad adſtruen-
dam fidei (vt dixi) certitudinem de fu-
tura ipſorum ſalute. At pro hac debet
quiſ-

quisque (inquit Bucerus) indefinenter & absque hæsitatione orare. Recipio in hunc sensum, nempe absque hæsitatione spei ac confidentiæ, quam Diuus Iacobus caput primum fidem appellat. Quoties enim Deum precibus fatigas, ac solicitas, subnixum spe exorandi esse oportet, alioqui nihil impetraturum, vt ait recte Diuus Iacobus. Nec itaque hic Pauli locus
1. Ioan. 5. à Bucero stat, licet illi id facere visus sit, porro autem, & illa Ioannis sibi suffragari putat, Hæc scripsi vobis, vt sciatis quia vitam æternam habetis. Et rursus, scimus quòd ex Deo sumus. Nam hæc, inquit, ostendunt vera præditos fide non esse incertos, aut nescire se Deo haberi in numero filiorum, & hæredum, quibus regnum paratum est ab initio mundi.
Quæ sic diluenda censeo, nempe sciendi vocabulo certam fidei persuasionem, aut certitudinem ex sola fide promanantem non esse hic intelligendam

dam, partim quòd eodem Ioanne in eadem epistola autore, Si dixerimus quód peccati sumus expertes, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, partim quód hi loci, quos hic subnecto, pugnent cum illa assertione bis per omni, & ex diametro, vt vetus est dictum. In hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Quocirca certitudo, 1. Ioan. ij. qua Deum cognoscimus, & hinc vitam æternam adipiscimur Io. 17. pendet ex obseruatione mandatorum Dei, & non ex sola fide, eaque spei cuiusdam est, aut coniecturarum probabilium, quibus nos Dei mandata impleſſe certiores tantum reddimur. Rursus ait Ioannes. Qui autem seruat verbum 2. Ioan. ij. eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est, id est quisquis seruat Dei sermonem, declarat se is tenere perfectam charitatem erga Deum. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus, hoc est, cognoscimus hoc veluti experimento, Expende. ipsa lectio.

(vt

(vt inquit recte Eraſmus) quód in illius corpore ſumus, quód illius ſpiritum hau ſimus. Scientia ergo hæc nititur diuini ſermonis obſeruatione, non fidei, & ex perimento quodam coaleſcit. Fatentur omnes Lutherani iuſtificationem ac ſalutem fore incertam, ſi penderet ex operibus, quocirca ſcientia, de qua Ioannes meminit, non eſt certa & indubitata aliqua perſuaſio, vt quæ nititur operibus mandatorum. Perit ergo Bucerus ſua ipſius voce, vt ſorex, iuxta prouerbium. Taceo quód Auguſtinus lib. 11. cap. 12. de ciuitate Dei, vt Bucerus ipſe interpres eſt, adſtruxit pios ac ſãctos incertos eſſe de ſalute certitudine ſcientiæ, ſed non fidei, de quo loco infra diſſeremus. Inſuper D. Ioannes poſtquàm dixerit. Fratres filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quòd cúm apparuerit, ſimiles ei erim', & videbimus eum ſicuti eſt, mox oſtẽdit palam de qua ſcientia illud intellexerit inquiens. Qui habet hanc ſpem in eo ſanctificat ſe, ſicut & ipſe ſanctus eſt. Accedit his, quod

h. Ioan. iij.

Ioan

Ioannes rurſus habet. Scimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitàm, quoniam diligimus fratres. Vides ne hic Ioannem ſtatuere hanc ſcientiam ex fratrum dilectione, & non ex fide ſola? De inde quænam alia eſt hæc ſcientia quàm ſpei & experimenti certitudo? Item ait D. Ioannes, In hoc cognoſcimus (videlicet quód non verbo neq; lingua, ſed opere & veritate diligimus,) quód ex veritate ſumus, & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra, græce eſt, πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν, hoc eſt, perſuaſa & confidentia reddemus corda noſtra coram Deo, id eſt, conſcientiam noſtram confidentem, ſecuram, ac ſpe ſubnixam ex illa dilectione efficiemus, vt hinc nō amplius nutet, fluctuet, aut ambigat de gratia Dei, ac ſalute futura, quod ſolum ad certitudinem ſpei ac confidentię pertinet. Mox enim ſubtexit Ioannes fiduciam ſe habere ad Deum, ſi cor non reprę henderit eum &c. Vbi cordis vocabulo intellexit conſcientiam, quæ ſi non arguit nos criminis reos, fidimus nos gratiam

1. Ioan. iij.

Eſt enim πείθω ἐλπίζω *ſubinde*

adep

adeptos impetraturos, quę à Deo petim⁹ nobis ſaltem conducibilia & vtilia, idq; quoniam mandata eius cuſtodimus, non quód credimus dumtaxat, vt Lutherani mentiuntur. Vt ſemel manum imponã ſupremam, & ad coronidem vſq; dedu cam hanc diſſertationem, illud annotan dũ duxi. quod D. Ioannes eueſtigio, poſt

1. Ioan. 5. quam dixerit, Hæc ſcribo vobis, vt ſcia- tis, quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine filij Dei, ſubiunx erit. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad Deum. Quia quodcunq; petierimus ſecundum voluntatem eius audit nos. Et ſcimus quia audit nos, quicquid petieri- mus, ſcimus quòd habemus petitiones, quas poſtulauimus ab eo. Quis tam cæ-

1. Ioan. 5. cus eſt, vt non clare cernat, Ioanni id eſ ſe ſcire hoc loco quod fidere, aut fi ducia am habere, quam D. Ioannes appellat παῤῥησίαν, hoc eſt, loquendi cum Deo libertatem, aut petendi abs eo, ingenu am quandam ac liberam fiduciam ſeu audaciam. Verum ſatius eſt hæc miſſa fa cere, ac diſpicere, an Bucerus docte elu

dat

dat D. Augustini testimonium, quo nituntur catholici, dum asserunt neminem citra Dei peculiarem quandam reuelationem esse de sua certum salute. Locus Augustini sic habet, postquàm dixerit primos nostros parentes de sua fœlicitate, an diuturna aut perpetua fuisset, extitisse incertos, Fuisset autem æterna nisi peccassent, cúm hodie non imprudenter beatos vocemus, quos videmus iuste ac pie, cum spe futuræ immortalitatis hanc vitam ducere sine crimine vastante conscientiam, facile impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinam misericordiã. Qui licet de suæ ꝑseuerãtiæ prę mio certi sint, de ipsa tamẽ sua ꝑseuerãtia reperiũtur īcerit. Quis enim hoīm se ī actiõe ꝑfectuq3 iustitię se ꝑseueraturum vsq3 in finẽ sciat nisi aliqua reuelatiõe ab illo fiat cert', qui de hac re iusto latẽtiq3 iudicio, nõ oẽs instruit, sed neminẽ fallit Hãc incertitudinẽ Bucer' torquet ad ignorãtiã & incertitudinẽ, quę opponitur sciẽtiæ, nõ fidei, asserẽs nõ posse eos q ve ra sunt fide ꝑditi, & patrẽ Deũ inuocãt, ne-

Lib. 11. cap 12 de ciuitate Dei.

neſcire ſe Deo eſſe in filiorum numerō, & hæredes regni cœleſtis, ſed hoc aſſerit tantum citra omnem omnino probationem (vt illius farinæ homines plęrumque ſolent) idq; dilucide cōtra Auguſtini mentem, qui aiebat, neminem citra Dei reuelationem de ſua in benefaciendo perſeuerantia poſſe eſſe certum, quo excluſit omnē aliam certitudinem præterquàm ſpei, cuius bis in eodem capite meminit. Poteſt itaq; conuenire in Bucerum illud, quod vulgo iactatur, Lunæ radijs non matureſcere botrum, quippe qui maiora & viribus ſuis longe imparia perficere eſt conatus. Iam receptui canam ac ſupremum fabulæ actum addā, ſi illud prius excuſſero, num qui vera ac perfecta potius fuerit fide, ac certo apud ſe ſtatuat ſe Deum habere propitium, poſſit tamen grauibus implicari ac obnoxius eſſe delictis, & proinde Diaboli fili', nec ideo vere cert' de ſalute, quod aſſerit Pighius, negat Bucerus, eo quód (vt is aſſerit) nemo veram nactus fidem poteſt grauibus implicari peccatis, aut

Dia-

Diaboli facere opera, qui enim natus est ex Deo non peccat, vt Ioannes testis nobis est. Quamobrem falsa est eorum professio, & impia fidei simulatio, quos cómemorat Micheas, Ioannes Baptista, Dominus ipse & sancti patres eius simulationis obiurgarunt. Ad Buceri sententiæ refutationem, ac doctissimi Pighij defensionem, suffecerit ostēdisse improborum & flagitiosorum fidē esse veram ac perfectam, quod attinet ad rationem & naturam fidei. Nam quòd Bucerus secutus Lutherum non paucarum hæresēon fontem & lernam docuit, non posse hominem fide viua, & efficaci statuere se cum Deo in gratiam redijsse, suaque frustrari persuasione, nemo doctus ac vere pius vnquam est inficiatus, quod equidem sciam, sed veram esse & perfectam fidē, qua prædito mali, licet sit mortua nec operatoria per amorē, quæ diximus supra capite. 10. de fide informi abunde conuincunt, vt quisquis voluerit, hanc Buceri confutationem hinc haurire, ac petere ei liceat, & proinde hac

de re hic de integro ac denuo disserere, quid aliud fuerit quam actum agere, & operam oleumq3 (vt habet parœmia) lu dere? Verum iam de his satis est disser-tum, nunc de oratione paucis tractabi-mus, quo liqueat huius interuẽtu, & auxi-lio reddi hominem iustum, ac condona ri illius admissa, non tantum per fidem in Christum, vt Lutherani asseuerant in doctissime.

CAPVT XXII.

Ca. 22. de Oratione, & inuocatiõe Dei.

DE hoc dicam maximo compendio. Deus ita-que per Hieremiam sic ait cap. 29. Inuocabitis me, & viuetis. Tobiæ. 3 Peccata dimittis his, qui inuocant te. Ioelis. 2. Quisquis inuo-
Rom. X. cauerit nomen Domini saluus erit, sed quomodo inuocabunt (inquit Paulus) il lum, in quem non crediderunt? Nonne videmus hic per orationem, seu inuoca tionem ex fide informi profectam homi nem impetrare salutem, hoc est, remissi onem

onem peccatorum, & veram coram Deo valétem iuſtitiam, vt Paulus interpres eſt? Fides itaq; non ſola ſuſceptiua cauſa eſt iuſtificationis, nec ad eam ſuſcipiẽdam dumtaxat diſponit, vt Bucerus conatur perſuadere, ſed incaſſo ſudore, & irrito plane conatu. Adde his quód per inuocationem impetratur Dei miſericordia, vt Dauid ait. Multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus eum. Nec ab his abhorret ille eius verſiculus. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum. Non erat neſcius prophetahic orationem ac inuocationem plurimum habere neruorum ac virium ad impetrandam diuinam gratiam, ac miſericordiam, qua condonarentur illi ſuæ noxæ, cúm toties ad Deum clamauerit. Miſere mei. Quis negabit, niſi prorſus cęcus, orationem homini nonnullo eſſe ſubſidio vt iuſt' ex iniuſto fiat, poſt quàm Chriſtus ſic docuerit nos orare. Dimitte nobis debita noſtra? Non enim iuſtorum tantum eſt hæc oratio, vt quidam imperite, ne dicam impie, perſuadere

Pſalm. 85
Pſal. 144.

dere nobis moliti sunt. Malachię 1. Deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri. Ecquid ais propheta? Hortaris vt deprecemur Dei vultum, quo is nostri misereatur? Nescius es nihil conferre ad iustificatiõem præterquàm fidẽ in Christum? Ignoras sola fide apprẽhendi misericordiam Dei ac remissionem peccatorum? Deniq; destitueris ne Lutheranico illo spiritu, qui solus edocet veritatem? Verum missa hæc facere prẽstiterit, quã his confutandis, quæ indigna sunt confutatione, bonas horas male collocare.

Quorsum illud, si oratio nihil opis ferret ad iustificationem, Petite, & accipietis. Matth. 7? Clamabant duo cæci. Miserere nostri fili Dauid, & per hanc orationem fidei adnexam iustificati sunt, & audierunt. Secundum fidem vestram fiat vobis Matth. 9. Clamabat cæcus, Timæi filius. Iesu fili Dauid miserere mei, ac mox audijt. Fides tua te saluũ fecit, non sola, sed cum ea, oratio & vitę prioris pœnitẽtia. Nonne docet Diuus Matthęus Deum misertum esse debitoris de

Cap. 18.

cem

cem millium talentorum, atq; ōne remi sisse debitum, quia rogauerit? Dixit ne Christus, hoc genus dæmoniorum non posse eijci, nisi per orationem, & ieiunium? Habet id nihil momenti, aut virium ad parandam iustificationem, cuius ope & adminiculo exigitur atq; é mēte profligatur satan seu dæmonium quoddam? Faxit Deus, Opt. Max. vt istius tā impij & exitiosi dogmatis autores ac assertores aliquando illo repudiato, & in exilium penitus misso palinodiam canere, ac in diuersum suam mutare sententiā non grauentur, ne sero sapiant Phryges, ac quod dederint, datū nolint, cúm in melius consilium mutare nō fuerit integrū Hæc candide lector, visum mihi erat de ratione assequendi iustificationem, in tuum qualecunq; commodum conscribere, atq; conscripta inuulgare. Quæ boni æquiq; consulere, tui erit candoris, ac errata, aut corrigere, aut me illorum commonefacere, vt ipse, errore sublato, meliora reponam, quo nomine inibis apud me gratiam maximam, tantum ab est,

Matth. 17 Marci, 9.

vt

vt sim tibi quicquàm succensurus. Ne vlla charta vacaret hæc subiunximus.

De iustitia hominis, & illo Esaiæ 64. Facti sumus omnes &c.

Vód locus iste Esaiæ non conuincit omnia omnium iustorum opera esse impura & vitio posse dari, sed Prophetã illud extulisse de impiorum, & flagitiosorum hominum vita dumtaxat, haud fuerit difficile ostendere, Id quod breuiter faciã, auspicio Dei Opt. Maximi, vel ex ipsius cõtextus circunstantijs, expensis, quæ antecedunt citatam sententiam, & quæ mox sequuntur, si, quæ D. Hiero. in eius loci enarrationem scripto prodiderit, prius compẽdio attulerim, quippe cuius interpretatio docet, quàm violẽta & coacta sit illorum explanatio, qui locum illum de qui busliber pij hominis operibus explicent.

Petrus Martyr Italus sic

Is sic habet, In quo cõsiderandũ, quod iustitia, quæ in lege est, ad comparatiõem euangelicæ puritatis immunditia nominetur

netur. Etenim nõ est glorificatũ, qđ pri⁹ glorificatum est, propter excellentẽ gloriam. Vnde & Apostolus, qui secundum iustitiam, quæ in lege est, vniuersa compleuerat, dicit se õnia duxisse pro damno, vt Christum lucrifaceret, &c. Phil. 3. Est enim iustus, qui perit in iustitia sua, Ecclesiastæ. 7. si post euangelij veritatẽ vmbras velit exercere legales, & non iuste, quod iustum est persequi. Item infra paulo ait. Si quis igitur post euangelium Christi, & aduentum filij Dei, pædagogę legis obseruat cęremonias, audiat populum confitentem, quód omnis talis iustitia, panno sordidissimo comparetur. Hæc Hiero. indicans sententiam Esaiæ esse, omnes iustitias veteris legis post aduentum Christi, & declarationem euangelij esse impuras, nec de piorum, qui tẽpore euangelij vitam agunt, voluit illud intelligi Esaias, vt perperam intellexerunt Lutherani, & hos secutus Petrus Martyr Italus, prælegens Oxoniæ in primũ cap. prioris epistolæ ad Corinthios. Rursus Diuus Hierony. in eundem pro-

ineptis Oxoniæ interpretans L. Corin. 8.

Lege D. Hierony. Tom. 2. epist. 15. de filio prodigo.

phę

phetæ locum tradit alium illius sensum, nimirum iustitiam omnem hominis collatam Dei iustitiæ impuram esse, nam hæc habet. Nec mirum, hæc de hominibus dicere, cùm astra quoq; De i comparata iustitiæ, non sint munda, & aduersus Angelos suos peruersum quid excogitauerit. In eandem sententiam Galatinus lib. 6. huncl ocum ediſſerit, citans eodem illud Psal. 142. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur omnis viuens. Haud secus D. Bernardus eundem ediſſerit sermone. 5. de dedicatiõe. Quibus adstipulatur D. Greg. lib. 5. moralium expositionum in Iob cap. 26. & D. Chryſost. homilia 18. in Matthæum. Textum ipsum expendamus, vt hinc liqueat quinam sit genuinus istius loci sensus. Et quando ex antecedentibus & subsequẽtibus literæ verbis optime possit sententia colligi, excutiamus vtraq;. Antecedunt hæc. Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Hiero. in comment. suis ait hic ordinem esse præ-

Iob. IIII, cap. XV.

po-

posterum. Non enim quia Deus erat iratus, isti peccauerũt, sed cõtra, quia peccauerunt, ideo Deus erat illis iratus, errauerunt, & rectam reliquerunt viam. Tunc euestigio sequitur, detrita illa sententia, qua toties sunt abusi Lutherani, nempe, Et facti sumus, vt immundus omnes nos, quasi pannus menstruatę vniuersæ iustitiæ nostræ, & idcirco conuincunt verba præcedentia sermonem fuisse prophetæ hoc loco de improborum tãtum iustitia, & non piorũ, vt Lutheristæ splẽdide mentiuntur. Id quod docent etiam quæ illico sequuntur, nimirum hæc. Et cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Quid dici potuit apertius ad docendum verba fecisse prophetam de impijs & sceleratis tãtum, deq3 istorum iustitia. At quid deinde? Nunquid liceat hinc colligere optimorum virorum iustitiam omnẽ impuram esse?

Atq3 quæ mox attexit idem cõuincunt, nẽpe hæc. Ciuitas sancti tui facta est deserta. Sion deserta facta est Hierusalem desolata &c. Nonne docent hæc luculentissime prophetam hoc loco egisse dumtaxat de flagitiose vitam traducentibus, quorum scelera vlciscẽs Deus tradidit eos in hostium suorum ditionem, vt vastent, diripiant & incendio populẽ tur sanctam Iudæorum ciuitatem Hierusalẽ? Audi D. Hier. in eundẽ locum sic disserẽtẽ. Quæ oĩa Iudæi Assyriorum & Babyloniorum tẽporibus putãt esse cõpleta. Nos autẽ iuxta ea, quæ ex persona saluatoris sequuntur. Apparui his, nõ interrogabãt, Inuentus sum ab ijs, qui non quærebãt. Esa. 65. a. ad tẽpus Romanę victoriæ referimus vniuersa, quæ Ioseph' Iudaicę scriptor historię septẽ explicat voluminib', quib' impo suit titulũ Captiuitatis Iudaicæ. Hactenus ille. Iã quod Petrus Martyr Oxoniæ prælegens in .1. Cor. 1. Anno D. 1548. mense Ianuario, conatus est persuadere prophetam verba illa feciſſe de optimorum virorum iu

stitijs

ſtitijs omnib', eo qđ ait, iuſtitiæ noſtræ, omnes, nos, & ſub calcem capitis, Reſpice Domine populus tuus ōnes nos, quā elumbis & neruorum expers fuerit illa probatio, ſtatim propalam fiet. Nam qđ ad primum attinet, nēpe quód ideo debeamus habere perſuaſum, prophetàm loqui de prientiſsimorum hominum iuſtitia, quód ꝓpheta inquit iuſtitiæ noſtræ, quis adeo hallucinatur vt nō videat quā id ſit friuolū? immo quā id pugnet potius cū illius conatu & ſentētia? Nā cū ait ꝓpheta, iuſtitiæ noſtræ, indicat ſe loqui de iuſtitia humana, quę à Deo non eſt, nec à gratia illi' ꝓmanat, ſed q̄ viribus paritur hois citra gratiam Dei. Sic enim frequēter loquitur ſcriptura per anthitheſim de iuſtitia noſtra & Dei, quēadmodū Ro. 10. Ignorantes Dei iuſtitiā, & ſuā quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſūt ſubiecti. Vides ne hic dilucidū diſcrimē inter iuſtitiā Dei, qua De' impertitur nobis, dū nos iuſtificat, & noſtram iuſtitiā? Priorem illam mox appellat Paulus iuſtitiam fidei, vt poſteriorem legis.

Rursus de eadem re sic habet Paulus Phil.3 Omnia existimo detrimenta &c: vt Christum lucrifaciam ,& vt inueniar in illo non habens meam iustitiam , quæ ex lege est,sed illã, quę ex fide est Christi &c. Potest ne quicq̃ dici apertius ad docẽdũ scripturã appellare eãiustitiã nostrã,q̃ est ex lege sine fide Christi,& opponere illã iustitiæ Dei,quæ est ex fide in Christũ? Qđitaq3 ait ꝓpheta iustitiæ nostræ, adeo non suffragatur Petro Martyri asserenti ex illo loco sanctissimorũ iustitiam esse impuram , vt plane repugnet ei potius.Deinde qđpropheta habet omnes,nihil penitus iuuat causſam Petri istius,quippe quòd tropice dixerit nimirum vsus synecdoche, loquens de omnib' pro parte multo maxima , qđschema familiare est admodum sacris codicibus,quẽadmodũ est cernere in his locis, nẽpe Psal.13. Omnes declinauerunt &c. quod de omnibus in vniuersum accipi non potest , eo quód in eodem Psal.13. habetur impios deuorare plebem Dei sicut cibum panis,& exordium Psalmi nimi-

mirum, Dixit ſtultus in corde ſuo, nõ eſt Deus, indicat ſermonem fuiſſe prophetæ non ſimpliciter de vniuerſis mortalibus, vt omnes penitus declinaſſe ſenſerit, ſed de impijs dumtaxat. Haud aliter eum locum enarrat D. Hiero. explicans ca. 2. ad Epheſios inquiẽs, Si enim declinauerũt, declinauit ille, qui loquitur, nẽ pe Dauid. Ex parte itaq3 (inquit Hier.) maxima, etiã ea, q̃ minora ſunt, appellãtur, quemadmodum Phil. 2. cúm dicitur. Omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ ſunt Dei. Quis hinc colliget Paulú quæ ſijſſe ſua, non quæ Dei? Nonne ait Paul', Charitas nõ quęrit, q̃ ſua ſunt. 1. Cor. 13? Nunquid idem de ſeipſo ait. Non quæro veſtra, ſed vos. 2 Co. 12? Rurſus Phil. 4 Non quæro datum, ſed requiro fructum Deniq3. 1. Cor. 10: Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Reuincunt ne hęc Paulum vſurpaſſe ſynecdochen, & totum pro parte ſumpſiſſe, cúm dixerit, Omnes quæ ſua ſunt, quæ ſunt, non quæ Dei? Quid itaq3 vetat ne

ſic intelligatur Eſaias dicēs, Facti ſumus omnes nos vt impurus &c. Adde his hæc loca, Omnes me (inquit Paulus) dereliquerunt, non quód Timotheus (inquit Hieron. in cap. 2. ad Ephe) & reliqui diſcipuli, qui illo tempore, cúm epiſtolæ ſcriberentur, cum illo erāt, reliquerint illum, ſed id circo, qa à plurib' ſit deſertus, ab omnibus, id eſt à maxima parte deſertum ſe eſſe conqueritur. His affine eſt illud. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mēdax Pſal. 30. Aut enim verum eſt hoc (inquit Hiero.) quod dixit, aut falſum. Si omnis homo mēdax eſt, ergo mendax eſt ipſe, qui loquitur. Si mendax eſt, qui loquitur, ne hoc quidē, quod ait, verum eſt, omnē hominem eſſe mēdacē. Porro, ſi vera ſententia eſt, omnes ſic accipiēdi ſunt, vt ſupra dixim' quód, magna pars hominum mentiatur. Eodem tropo vtitur ſcriptura dicens. Audiens Hærodes turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo Matth. 2. Tunc exibat ad Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabā-

tur

tur, Matth. 3. docentes omnẽ hominẽ & cõmonẽtes omnẽ hominẽ Coloss. 3. Omne caput lãguidum, & omne cor mœrẽs Esaiæ. 1. At quid prosequor infinita, & harenam conor numerare? Iã quod ex pronomine nos, idẽ persuadere Petrus iste est adnisus, frustra desudauit. Nam propheta in sua ꝑsona descripsit impiorum & sceleratorum hoim vitia. Id qđ subinde fit in scripturis sacris, quẽadmodum in prophetis nõ raro legimus. Et Paulus 1. Thessa. 4. loquẽs in sua ipsi' ꝑsona alios intellexit dicẽs. Nos q̃ viuimus, q̃ residui sum' in aduẽtu Domini, nõ ꝓueniem' eos qui dormierunt, non enim Paulus superstes erit die extremi iudicij, sed pios tunc victuros per illud pronomen, nos, intellexit. Cur itaque eodem pacto loquutum Esaiam hoc loco non liceat nos intelligere, præsertim, cúm Esaiæ sexto ipsemet testetur, vnum de Seraphim mundasse labia sua? Rursus non posse intelligi, quod ait Esaias, Facti sumus nos omnes, vt immundus &c. vel id argumẽto est, quod euestigio inquit Propheta.

Non

Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Quis dixerit optimum illum prophetam, & pientissimos illius ætatis viros non inuocasse nomen Domini, sine quo nemo potest seruari? Deinde quæ attexuntur sub finem illius capitis, testãtur (vt dixi) prophetã loqui de his, qui fuerant tempore desolationis Sion, & desertionis vrbis Hierusalem, nempe hæc. Ciuitas tua sancta facta est deserta &c. Postremo incassum conabatur Petrus iste persuadere loqui de iustitia spectatissimorum virorum ex eo quòd ait. Respice Domine, populus tuus omnes nos. Nam non ideo appellauit ꝓpheta omnes Iudæos populũ Dei, quód pij & probi fuerint, quód loquutus fuerit in ꝑsona proborum, sed quód erant Dei populus delectus & peculiaris, ac ad sese colendum proprie seiunctus ex alijs gentibus, quemadmodũ Deutero. 7. dixit Moses. Elegit te Dominus, vt sis ei popul' peculiaris. Rursus Deute. 26. En elegit te Dominus hodie, vt sis ei populus peculiaris, de hoc tamẽ populo

ait

ait Deus. Israel autem non cognouit, populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel &c. Esaiæ. 1. Rursus cap. 6. Populeus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, Exodi, 4. dixisse Deum legimus, Primogenitus meus Israel, & tamē Esaiæ. 1. habemus eundem sic illum compellasse populum. Filios genui, & enutriui, ipsi autem spreuerunt. Satis ne conuincunt ista nō ostendi prophetā loqui Esa. 64. de piorum iustitia, volens illam esse impuram, quòd ait. Respice Domine, populus tuus nos omnes. Pessimi enim quique Iudęorum appellantur Dei populus (vt docuimus) eo quód Deus illam gentem elegerit sibi in gentem peculiarem, quam seruaret, cui legem, iudicia, cæremonias, prophetas daret, & ex cuius progenie Christus, per quem omnes benedicerentur nationes, nasceretur. Gene. 15. Gala. 3. Istius prærogatiuas, & præstātias Paulus Ro. 9, clare promit. Superest ita-

itaq3 vt recinat Petrus Martyr, & quot-quot adſtruunt prophetam Eſaiam cap. 64. locutum de iuſtitijs optimorum virorum, cúm extulerit hanc ſententiam. Facti ſumus omnes nos vt immundus, & vniuerſæ iuſtitię noſtræ tanquàm pannus menſtruatæ mulieris, ſed dumtaxat impiorum, & ſceleratorum hominum. Hæc viſum erat mihi hac de re ludere, non vllius traducendi gratia, ſed veritatis declarandæ & propugnandæ ſtudio, propterea tui fuerit candoris, boni conſulere hunc meum conatum, & aut his vti mecum, aut meliora impartiri: Domi-

Horatius

nus te diu incolumem ac tam animaquàm corpore ſanum feruet. Louanij. Anno Domini redempto. 1550. Menſe Septembri.

Index

Quid ſit fides foljo primo.
Quòd ſit aliqua fides informis. fo.13.
De operibus præparatorijs. fo.19.pa.2.
De merito congrui. fo.27. pa.2
De contritione ſeu pœnitentia quôd hujus auxilio fiat iuſtificatio, nedum fidei. fo.39. pa.2.
De doctorum veterum ſentẽtijs, quibus conſtet pœnitentiam commodam eſſe ad iuſtificationem. fo.50.
Quód Euangelij Dei pollicitationes nõ ſint omni lege & conditione ſolutæ ac liberæ, ſed cõditiones adnexas habeant. fo.68. pa.2.
De timore, quòd conferat nonnihil ad iuſtificationem. fo.71. pa.2.
Quód Eleemoſynæ viam ſternant ad iuſtificationem, & his remittantur delicta. fo.76. pa.2.
De oratione. fo.81.
De confeſſione. fo.85. pa.2.
De ieiunio. folio.91.
Quód ſpe iuſtificetur homo. fo.92.

Quód

Quòd ignoſcere proximo ſuos noxias nonnihil habeat momenti ad iuſtificationem. fol.94.
Quód Baptiſmo deleantur peccata non ſola fide fo.101.
Quód charitate iuſtificemur. fo.103. pag.2.
Veterum ſententiæ de iuſtificatione per charitatem fo.117. Pag.2.
De aduerſę partis obiectionum dilutione fo.125.
Soluuntur quæ aduerſus operum præparamenta ab aduerſarijs ſolent obijci. fol.159. pag.2.
De certitudine gratiæ, & remiſsionis dilectorum. fol.172. pag 2.
De his, quæ ab aduerſæ ſententiæ propugnatoribus ſtare videntur fo.182. pag 2.
Fol.213. diſſeritur de oratione, quam loco & vice adpēdicis viſum erat adiūgere, ne qua papyri pars vacaret, vtq3 cerneret lector & huius ope nedum fidei, peragi abs Deo iuſtificationem hominis

FINIS.

Errata

ERRATA.

Fol.7.facie.a.linea.5.inauditã. 11.b.13.Hy poſtaſis.13.a.res non poſtremi. 15.b.25. ſpeciem. 17.b.15.ſic 19..a 2. affectiua. 22.a.noſtras. 22.a.24.idoneæ. 43.b.1. Hieronymum 56.a.24.Deo 57.b.25. cõſero. 70.a.17.Ti.3.89.b.Io.44,97.b. illatarum 114.a.17.timore filiali. 122.b. cæterarum. 131.a.deuotio. 133.b.8.con niuentes 139.a.3.potius. 139.a.25.quod q̃ 140.a.2.ſcripturæ. 140.a.20.non ait hominem. 142.a.18.debemus. 142.b. 25.inquies. 145.b.22.voluntate.152.a.4. iuerit. 152.a.10.ſuffragatorem. 154.a.fides .155 b.15 lege ſi. 161.a.21.ſeret.162. a.8.proinde.170.b.19.pertinent 181.a.21 cõmentitium. 181.b.2.inſperauerit 184. b.21.ſpeciem 187.a.obnoxios 202.a.21. ad ſe. 205.a.20.intelligendam eodem b.7.qui quod. 206.b.23.illi. 209.b.5. capite primo. 112.b.18.potitus.

LOVANII.

Apud Antonium Mariam Bergaigne Typogra. Iurat. Anno Domini noſtri. 1551. Menſis Ianuarij. Die xxij.